



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



300. e.


33

*Hymans*



600071379X







# CONIECTANEORUM BYZANTINORUM

LIBRI DUO.

SCRIPSIT

F. G. A. MULLACHIUS.



---

BEROLINI

IN LIBRARIA FERD. GEELHAAK (ANTEA ENSLIN)

MDCCCLII.

*300. e. 38*

82. 2. 008

# CONIECTANEORUM BYZANTINORUM

## LIBER PRIMUS.

---

### CAPUT PRIMUM.

Quum ad Ducangii Glossarium mediae et infimae Graecitatis emendandum et locupletandum varia volumina pertractarem, cum alios legi scriptores tum Ducae, Michaelis Ducae nepotis, Historiam Byzantinam. Hanc a Bullialdo cum Chronico brevi,\*) ex unico qui exstat codice Parisiensi descriptam esse constat. Quumque exemplar manu exaratum multis inquinatum sit mendis, quibus Ducae oratio paene barbara magis etiam deformatur: non est quod miremur editores ratos conjecturam non satis certam capi e scriptore degeneris saeculi alumno qui veteris linguae graecae leges aut ignorasset aut neglexisset vitia manifesta ubique aut intacta reliquisse aut propositis conjecturis a scriptoris mente aberrasse. Opus enim est ad hujusmodi libros emendandos recentioris Graecorum sermonis cognitione. Qua etsi doctissimi illi viri non caruerunt, tamen posterioris corruptaeque Graecitatis expertes potius et ignari quam periti et intelligentes videri maluerunt. Sed quoniam non omnia quae in his monumentis emendatione egent commemorare constitui, pauca praefatus de quibusdam historiae Byzantinae a Duca conscriptae locis accuratius de Chronico agam.

---

\*) Vulgo Chronicon breve (Χρονικὸν σύντομον) vocant; alii Chronicon Veneto-Byzantinum appellare consueverunt.



Ait igitur scriptor histor. cap. VII pag. 29 ed. Bekker: . . . ἰδῶν οὖν τὴν ἀφίειν τοῦ Καντακουζηνοῦ βραδεῖαν οὖσαν, καὶ βουλευθεὶς ὀπισθόρμητος γενέσθαι (ἤκουσε γὰρ ὅτι οἱ τῆς Ῥόδου φρέριοι στόλον κατασκευάσαντες ἀφίκοντο ἐν τῇ λιμένι τῆς Σμύρνης, καὶ ἤρξαντο οἰκοδομεῖν φρούριον ἐν αὐτῷ ὡς ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἀγίου Πέτρου ἕνεκα σωτηρίας τῶν φυγάδων αἰχμαλώτων), τὰ πρὸς εἰρήνην καὶ φιλίαν καλῶς διατεθεὶς αὐτός, ἡ δὲ Καντακουζηνὴ σὺν δώροις ὅτι πλείστοις φιλοξενήσασα ἀπέπεμψεν, ἔλθων μετ' αἰχμαλωσίας ἱκανῆς, ἀπαρχῆς οὖσης τοῦ καρποῦ τῆς ἀμαρτίας τῶν Ῥωμαίων τῶν κατοικούντων ἐν Θράκῃ καὶ ἐν πάσαις ταῖς κατὰ δύοσιν μέρεσιν. Quid in hoc verborum ambitu ab antiquorum dicendi consuetudine abhorreat vix opus est exponi, id tantum ajo, falli egregium virum Imm. Bekkerum pro ἐν πάσαις ταῖς κατὰ δύοσιν μέρεσιν scribendum esse ἐν πᾶσι τοῖς conjicientem. Neque enim ad grammaticam normam quam a Platone, Demosthene et similibus petere solemus Ducas exigendus est, qui illum de quo ad Dem. Zen. v. 197 (p. 101) locutus sum recentiorum poetarum barbarismum πᾶσα εἰς vel πᾶσα ἕνας (pro πᾶς εἰς i. e. ἕκαστος), πᾶσα ἐν vel πᾶσα ἕνα (i. e. ἕκαστον) secutus πάσαις ταῖς μέρεσι dicere ausus est.

Cap. VIII p. 32. ὅσοι μὲν τῶν Τούρκων ἠνδραποδίζοντο, μαχαίρας αὐτοὺς παρανάλωμα ἐπεποίη, ὅσοι δὲ τῶν Ῥωμαίων, μόνον τοῖς ἐνδύμασι αὐτοὺς ἀφελούντες γυμνοὺς ἀφίεσαν οἴκαδε πορεύεσθαι. Hic ne quid de barbara constructione dicam, ἐπεποίη, cujus loco Bullialdus ἐποίησαν legendum suspicatus erat, in ἐποίουν mutari convenit propterea quod sententia imperfectum requirit, ἀφελούντες autem saltem in ἀφελόντες convertendum est.

Cap. XXXVIII p. 273 ed. Bekker. ὁ δὲ σοφιστὴς τῆς κακίας ἐκείνης ὁ τεχνίτης τι μέθοδον ἐπίστατο τοῦ μὴ διαρραγῆναι τὴν χωνεῖαν. Bekkerus insolentia structuræ τι μέθοδον commotus, num τίνα reponendum sit quaerit, immemor usus recentioris, quo pronomen interrogativum τί et indefinitum κάτι omnis generis et numeri sunt. Vide adnot. meam ad Dem. Zen. Paraphr. v. 221 p. 106 et Scarlatum p. 129 et infra lib. II cap. 2. Haec analogia quum Ducae observaretur, τι μέθοδον nove et insolenter dixit.

Accedo ad Chronicon, cuius conditor promiscue γέγρονε et ἐγγέρονε scripsit, atque id quidem tam saepe, ut satis pateat, ἐγγέρονε non librario, sed auctori tribuendum esse. Neque tamen Bullialdus quidquam de hoc similibusque verborum portentis commentatus est. Nam Bekkerus omnino nihil de hoc Chronico adnotavit. Res autem sic se habet. Quum exolescentibus paulatim verborum perfectis in vulgari sermone aoristi salva veteri vi et potestate perfectorum significatione angerentur, diu tamen quaedam perfecta tanquam prioris aetatis reliquiae manebant. Quae quia non jam pro perfectis, sed pro aoristis habebantur, idcirco aoristorum more augmento insigniri potuisse non mirandum. Hinc ἐγγέρονε dupliciter auctum et duplicatione perfecti indice et augmento aoristi nota. Caeterum nemo ignorat vulgares hujus verbi aoristos esse ἔγινα, ἐγίνην et ἐγίνηκα. Cf. Corais Ἄτακτ. I pag. 335 et Davidis Παραλλ. τῆς ἑλλ. καὶ γραικ. γλώσσης pag. 60.

Pag. 521 ed. Bekker. legitur: ἡλξέη ἔτει ἦλθεν ὁ αὐτὸς ἀμύρας τὸ δεύτερον εἰς τὸν Μεζηθράν, καὶ ἐπῆρε τὸν κύριον Δημήτριον τὸν δεσπότην σὺν τῆς βασιλίσσης καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ, τὴν ὁποίαν ἐπέϊρεν εἰς τὸ Σαρδί μνηϊ Μαίω κ', νεμήσει ζ'. Nihil dicam de junctura σὺν τῆς βασιλίσσης quae in novitia graecitate dativo privata nihil habet mirabile, sed hoc unum notandum existimo, quod Bekkerum fugit, posteriore loco aequae ac priorae pro ἐπέϊρεν flagitari ἐπῆρεν. Vid. Scarlatum p. 209 et Corais Ἄτακτ, II. p. 52.

Pag. 522. ἐποίησεν ἀμάχην ἢ αὐθεντία ἡμῶν μετὸν Τοῦρκων. Ita Bekkerus Bullialdum secutus edidit. Idem locus a Ducangio s. v. ἀμάχη i. e. μάχη p. 57 hoc modo laudatur: „Chronicon Veneto-Byzantinum an. 1499 ἐποίησεν ἀμάχην ἢ αὐθεντία ἡμῶν μετὰ Τοῦρκων.” Ex hac discrepantia colligas Ducangium ea quae in codice reperiuntur exhibere, Bullialdum scriptoris barbariem imitatum tacite hunc locum mutasse. Praecedunt enim haec: ἐποίησεν ἢ πανυψηλοτάτη ἡμῶν αὐθεντία τῶν Βενετῶν ἀγάπην μετὸν Τοῦρκων, subjiciuntur autem ἐποίησε τὴν ἀγάπην μετὸν Τοῦρκων. Sunt igitur omnia quantum in hujusmodi scriptore fieri potest, in Bekkeri textu hoc loco emendata, nisi quod pro μετὸν Τοῦρκων ubique μετὰ τὸν Τοῦρκων i. e. μετὰ

τοῦ Τούρκου poni oportet, haud secus atque p. 516, 13 et 18 pro μετὸ φροσάτον et μετὴν ἀφεντία μας desideratur μετὸ φροσάτον et μετὴν ἀφεντία i. e. ἀθθεντιάν μας. Sed quaeritur quo jure hic scriptor pugnam vocaverit ἀμάχην, quum veteres et recentiores Graeci μάχην dicere soleant. Id facile erit ad intelligendum reputanti Taurunum (Λευκόπολιν), quod oppidum Graeci vulgo Βελλεγράδιον vel τὸ Μπελιγράδι (Μπελιγγράδ) nominare consueverunt, a Chronographo p. 524 ed. Bekker. τὸ Ἀμπελογράδι appellari, quasi nomen ab ἄμπελος voce repetendum sit. Adde quod Nauplia urbs, cujus usitatum nomen est τὸ Ναύπλιον vel Ναύπλι, ab hoc uno scriptore p. 516 vocatur Ἀναύπλι. Qua de re operae pretium est audire Coraem qui Ἄτακτ. II. p. 1 τὸ α στοιχεῖον, inquit, πλεονάζει κατ' ἀρχὰς τῶν λέξεων, οἷον, Ἀπήγανος, Ἀμασχάλη, Ἀσφενδόνη, πλεονασμὸν συγχωρημένον εἰς τοὺς ποιητάς, ὅσάμεις τὸ ἀπαιτεῖ τὸ μέτρον τῶν συλλαβῶν, οἷον ὁ στιχουργήσας (δὲν ἐνθυμοῦμαι τίς),

δίδει τον πληγὴν μεγάλην

μέσα εἰς τὴν ἀμασχάλην,

φανερὸν, ὅτι ἐπλεόνασε τὸ α, διὰ τὸ μέτρον. Ἄλλ' ἐὰν ἀντὶ τοῦ μέσα ἐμεταχειρίζετο τὸ πάραυτα, ἢ ἄλλο τι τρισύλλαβον, τότε ἐδύνατο νὰ εἴπη χωρὶς πλεονασμὸν,

πάραυτα εἰς τὴν μασχάλην.

Hinc efficitur Chronographum id quod solis poetis liceat in prosa oratione usurpare non gravatum in pessimis scriptoribus numerandum esse. Sunt vero et alia in hoc Chronico poëtici sermonis vestigia. Neque enim ubique ἀπὸ dicit, sed saepe etiam poëtico vocabulo ἀπαί utitur. Talis est locus quem Ducangius p. 909 s. v. μερτικὸν in hunc modum affert: „Chronicon Veneto-Byzantinum an. 1514. ἐχάλασαν πλεῖστα ὁσπεῖτια ἀπὸ τε κάστρος τὸ ἄνω, καὶ μερτικὸν ἀπὸ τὸ κάτω.” Eadem verba exstant apud Bekkerum p. 523, qui tamen μέρτικον scribit, quum ultima huius vocis syllaba semper acuatur. De reliquo non est quod moneam, ubique ἀπὸ in hoc Chronico convertendum esse in ἀπαί, quod Bekkerus Bullialdi vestigiis ingressus facere neglexit. Ortum autem mendum ex Itacismo. Licet vero τὸ κάστρον solemniss sit forma, minime tamen κάστρος conjecturis vexandum, quum plura-

liter eo nomine utatur Damascenus Studita Homil. 11 Σδόμα καὶ Γόμορρα ἦταν (i. e. ἦσαν) κάστρον μεγάλη. Neque vero putandum interiisse hanc plurativi numeri formam, siquidem plebs etiam nunc κάστρον pro κάστρον dicit. Cf. Darvaris Γραμμ. ἀπλ. σελ. 399. Porro apud Ducangium legitur ὁσπείτια (quod vulgo σπέτια et σπήτια scribunt), apud Bekkerum ὁσπείτια leni afflatu quem latina vox respuit. E praegresso τὸ ἄνω cogendum, opponi hic a scriptore τὸ ἄνω et τὸ κάτω. Verum quominus corruptum illud τὸ κάτω sic emendemus, ut pro eo substituamus τὸ κάτω, obstat imprimis vulgaris hujus adverbii forma κάτω. Cf. Dem. Zen. Paraphr. Batr. v. 158. Quamobrem pro κάτω, quod nihil est, reponendum κάτω.

Sed aliis quoque locis Ducangius in citandis Chronographi verbis cum Bekkero non consentit. Sic pag. 741 s. v. κούρσεύειν, cursare, praedari, πορθεῖν, λεηλατεῖν haec allegat: „Chronicon Veneto-Byzantinum an. 1444 ἐπαρέλαβε δὲ αὐτὸς τὰς Θήβας τὰς ἑπταπόδας καὶ ἐκούρσευσε μέχρι Λιβαδίας, quae apud Bekkerum p. 519 in hunc modum depravata sunt: ἐπαρέλαβε δὲ ὁ αὐτὸς τὰς Θήβας τὰς ἑπταπόδας καὶ ἐκούρσευσε μέχρι Λιβαδείας.” Hic etsi ὁ αὐτὸς recte se habet repudiandumque Ducangianum illud αὐτὸς, propter ea quae praegrediuntur Τῷ 579β' ἔτει μηνὶ Μαρτίῳ ἔκτισε τὸ Ἐξαμίλιον κύρις Κωνσταντῖνος Παλαιολόγος ὁ δεσπότης Μωραίου, neque Λιβαδεία pro Λιβαδία scriptum offendit, tamen expulso ἐκούρσευσε, quo *tonsores* partes Constantino Palaeologo imponuntur, ἐκούρσευσε rescribendum esse liquet. Cf. Duc. p. 190, 4 καὶ τὰ περίε ἐκούρσευσε. Pag. 521 ed. Bekker. legitur: Τῷ 579α' ἔτει, μηνὶ Ἀπριλίῳ 7 ἡμέρα, κυριακῇ τῶν βαίων, ἐπαρέδωσαν οἱ Ἀργεῖοι τὴν χώραν τοῦ Ἀργους εἰς τὰς χεῖρας τῶν Τούρκων. Quid Bekkerus esse voluerit τὴν κυριακῇ τῶν βαίων, ignoro. Certe diem dominicum palmarum omni aetate Graeci τὴν κυριακῇ τῶν βαίων vel τὴν ἑορτῇ τῶν βαίων vocarunt. Quod quoniam omnibus ita notum est, ut ne Ducangio quidem teste p. 167 opus sit, pro βαίων exarandum esse βαίων apparet.

Magna porro in scribendis vocibus Bekkeri inconstantia est, qui quamvis in praefatione orthographiae et interpunctionis rationem se habiturum professus, tamen de expurgandis codicis

sordibus neūtiq̄am cogitavit, veritus, ni fallor, ne cum librarii mendis simul ipsius Chronographi vitia tolleret. Quare quemadmodum Aristotelis \*) libros servatis ubique membranarum lectionibus ediderat: sic etiam Ducae historiam et Chronicon Veneto-Byzantinum ne correctis quidem scripturae mendis divulgavit. Pag. 518 legitur: ἐπῆραν οἱ Μουσουλμαννοὶ τὴν Θεσσαλονίκην, sed p. 520 παρεδόθη εἰς τὰς χεῖρας τῶν Μουσουλμάνων ἢ πόλις τῶν Ἀθηνῶν. Quum autem Graeci recentiores hoc genus hominum Μουσουλμάνους nominare soleant, apertum est, priorem locum e posteriore emendari oportere. Idem dicendum de duobus aliis locis. Pag. 520, 12 legitur: καὶ παρέλαβεν αὐτὴν μὴνὶ Ματίῳ κθ', ὥρα γ', τῷ 57 λξά' ἔτει νεμήσεως α' sed p. 521, 24 τῷ 57 λοη' ἔτει νεμήσεως ἡ' ἦλθεν ὁ ἀμῖρας κ. τ. λ., ubi restituendum νεμήσεως. Pag. 523 pro ἐτζάκησεν rescribendum ἐτζάκισεν, (utitur autem scriptor in eadem enuntiatione participio τζακισμένος) et pro εὐλογήμενος (ibid. v. 17) ponendum εὐλογημένος. Alia ratio est eorum locorum, quae indicio sunt ipsum scriptorem sibi non constitisse.

Pag. 516, 24. καὶ τῇ κα' τοῦ αὐτοῦ μὴνὸς ἦλθον εἰς τὸ Λέοντος καὶ ἐπολέμισαν. Erunt fortasse qui corrigant ἐπολέμησαν. Nimirum nostrae aetatis Graeci semper πολεμῶ, nunquam πολεμίζω dicunt. Qui enim ποῖτικὰν vocem πολεμίζεῖν ad nostram memoriam propagatam esse opinatur, similiter errat atque Lobeckius Paral. Gramm. Gr. p. 74 ratus antiquissimum vocabulum μάρη etiam nunc in Graecorum sermone reperiri. Verba ejus sunt: „nam μάρη ἢ χεῖρ κατὰ Πίνδαρον Schol. II. O, 137 et ab hoc nomine quod Coraes Atact. I. p. 140 in novitia Graecitate perdurare testatur, vulgo verba μάρπτειν, μάρνασθαι, εὐμαρής, δυσμαρής repetere solent.” Coraes autem haec scripsit: . . . ἀπὸ τὸ ἐλληνικὸν ἄχρηστον ἀπλοῦν μάρα τοῦ ὁποῖου ἔγνη σώζονται εἰς τὸ σύνθετον εὐμαρής, συνώνυμον τοῦ εὐχερής,

\*) μῆξι Probl. IV, 15 ac de Meliss. Xen. et Gorg. cap. I, sed μῆξι Phys. Auscult. V, 4 p. 229, 2. de Gener. Animm. II. 8 p. 748, 33. de Color. II p. 792, 34. VI p. 799, 14. μίγμα de Coel. II, 3. fin. de Gener. Animm. II p. 747, 35. μίγμα Ausc. III, 4 p. 203, 23. Promiscue γίνεσθαι et γίνεσθαι atque alia ponit.

ἴσως δὲ καὶ εἰς τὸ μάρπτω (τὸ κοινῶς πιάνω), ἔγουν τῇ μάρῃ (χειρὶ) ἄπτομαι καὶ εἰς τὸ μάρναμαι, τὸ πολεμῶ καὶ μάχομαι. Manus recentioribus Graecis est ἡ χεῖρ vel τὸ χέρι, \*) non ἡ μάρῃ, quod nemo intelligit. Quodsi Coraëus ausus est obsoletum nomen suis verbis inserere, id eo tantum consilio fecit, ut verbum μάρπτειν quod inde ortum videtur, exponeret. Nectamen quidquam est quod vel cum Bekkero vel cum Lobeckio de hujusmodi rebus expostulem. Etenim novitia Graecitas multas et venerandas antiquitatis reliquias servavit. Quis vero ignorat fallacem esse Grammaticorum ipsorumque veterum scriptorum auctoritatem, qui interdum optimas voces damnant atque ea verba intercidiisse ajunt quae etiam nunc in plebis ore vigere certissimum est. Nihil unquam minus vere Lactantius Firmianus scripsit, quam ea quae Divinar. instit. lib. IV cap. 7 de verbis χρίειν et ἀλείφειν tradit. Sic autem ait vir christianae disciplinae, quam antiquitatis et graecarum litterarum studiosior: „Verum quoniam Graeci veteres χρίεσθαι dicebant ungi, quod nunc ἀλείφεσθαι, sicut indicat Homericus ille versus:

αὐτοὺς δὲ δμῶαὶ λοῦσαν καὶ χρίσαν ἐλαίῳ·

ob hanc rationem nos eum Christum nuncupamus, id est unctum, qui Hebraice Messias dicitur. Unde in quibusdam Graecis scripturis, quae male de Hebraicis interpretatae sunt, ἠλειμμένος, id est, unguendo creatus, scriptum invenitur, ἀπὸ τοῦ ἀλείφεσθαι.” Unum citat Homerum hujus verbi auctorem, quod et alii frequentarunt. Jam licet Lactantii aetate plerique Graecorum, ἀλείφειν dicerent ungere, non χρίειν, ipsum tamen verbum χρίειν non interiisse testatur nostri temporis graecitas (cf. Ducang. p. 1761), quae χρίζειν eodem significato conservavit, hoc discrimine quod homines indocti nonnunquam χρίζειν dicunt, caeteri omnes ἀλείφειν usurpare solent. Caeterum ut Christum nemo ἠλειμμένον

\*) Ducangius p. 1748:

χέρα. χέρι, χαιρι, manus, χείρ. Anonymus de nuptiis Thesei lib. 7 extr.

καὶ εἰς τὴν φύγταν τοῦ σπαθίου πάντα τὴν χέραν τοῦχε.

In his χαιρι male scriptum pro χέρι, versus autem sic mutandus:

καὶ εἰς τὴν φύγταν τοῦ σπαθίου πᾶσά τὴν χέραν τοῦ 'χε

i. e. πᾶσαν τὴν [αὐτοῦ] χείρα εἴχε.

εἰς τὴν ἁγίαν σοφίαν (immo Ἁγίαν Σοφίαν) νὰ σαλαβατίσουν κατὰ τὸ αὐτῶν ἔθος· καὶ ἐλθόντες εἰς τὰ προαύλια τοῦ ναοῦ ἤκουσαν ψαλμωδίαν, καὶ εἶδον καὶ φῶς μέγα ἐν τῇ ναῷ, καὶ πλησιάσαντες εὗρον τὰς πύλας ἀνεωγμένας καὶ φωνὰς ψαλμωδίας τοῦ Χριστοῦ ἀνέστη, καὶ ἀκούσας (leg. ἀκούσαντες) σπουδαίως ἔδωσαν γνωστὸν τοῦ ἀφεντός (leg. ἔδωσαν γνωστὸν τοῦ ἀφέντος ut supra exposui), ὅστις ἦλθε σωματικῶς καὶ ἄκουσε καὶ εἶδεν ἐν ὀφθαλμοῖς, κελεύσας ἵνα ἀναβοῦν εἰς τὰ ἀνηχούμενα, νὰ σκοπεύσουν μήποτε ἔστιν ἐξ ἀνθρώπων ἢ τοιαῦτα ἐνέργα. *Postrema quae depravata esse planum est, sic vertuntur a Bullialdo: „quod ad Sultanum accurate retulerunt, ipseque ingressus audivit et vidit oculis suis jussitque, ut attenderent ad resonantes istos cantus perpenderentque an ab humana voce ederentur.” Hic sensum percepit, non ipsa verba. Scribendum enim: κελεύσας ἵνα ἀναβοῦν i. e. ἀναβῶσιν εἰς τὰ ἀντηχούμενα, νὰ σκοπεύσουν μήποτε ἔστιν ἐξ ἀνθρώπων ἢ τοιαύτη ἐνέργεια „imperavit, ut ascenderent ad cantus istos resonantes visuri, num forte talis actio humana esset.” Nemo autem mirabitur in superstitiosa gente tale quid accidisse; quae de re infra lib. II cap. 2 accuratius disputabimus. Quod reliquum est, ipsum hymnum qui est e genere τῶν μεγαλοναρίων (cf. Ducang. p. 895) subjiciam ex Hirmologio (Εἰρημολογίῳ) Venetiis anno 1682 edito, quum rarus sit liber:*

### Εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα.

Μεγάλυον ψυχὴ μου  
τὸν ἐξαναστάντα  
τριήμερον ἐκ τάφου  
Χριστὸν τὸν ζωοδότην.

Χριστὸς τὸ καινὸν πάσχα, 10  
τὸ ζωόθυτον θυμα,  
ἀμνὸς θεοῦ ὁ αἴρων  
τὴν ἁμαρτίαν κόσμου.

5 Μεγάλυον ψυχὴ μου  
τὸν ἐθελουσίως  
παθόντα καὶ ταφέντα  
καὶ ἐξαναστάντα  
τριήμερον ἐκ τάφου.

Ὁ ἄγγελος ἐβόα 15  
τῇ κεχαριτωμένῃ·  
ἀγνή παρθένε χαῖρε  
καὶ πάλιν ἐρῶ χαῖρε,  
ὁ σὸς υἱὸς ἀνέστη  
τριήμερος ἐκ τάφου.

- 20 Μαγδαληνή Μαρία  
προσέδραμε τῷ τάφῳ,  
καὶ τὸν Χριστὸν ἰδοῦσα  
ὡς κηπουρὸν ἤρώτα.
- Ἄγγελος ἐξαστράπτων  
25 ταῖς γυναιξίν ἐβόα·  
παύσασθε τῶν δακρύων,  
ὅτι Χριστὸς ἀνέστη.
- Ἐξύπνισας ὑπνώσας  
νεκροὺς τοὺς ἀπ' αἰῶνος,  
30 βασιλικῶς βρυχήσας  
ὡς ἐξ Ἰούδα λέων.
- Ὁ Χριστὸς ἀνέστη  
τὸν θάνατον πατήσας  
καὶ τοὺς νεκροὺς ἐγείρας  
35 λαοὶ ἀγαλλιᾶσθε.
- Σήμερον πᾶσα κτίσις  
ἀγάλλεται καὶ χαίρει,
- ὅτι Χριστὸς ἀνέστη  
καὶ Ἄιδης ἐσκυλευθή.
- Σήμερον ὁ δεσπότης 40  
ἐσχύλευσε τὸν Ἄιδην,  
ἐγείρας τοὺς δεσμίους,  
οὓς ἀπ' αἰῶνος εἶχε  
δεινῶς κεκρατημένους.  
Δόξα κ. τ. λ.
- Μεγάλυνον ψυχὴ μου 45  
τῆς τριουποστάτου  
καὶ ἀδαιρέτου  
θεότητος τὸ κράτος.
- Χαῖρε παρθένε χαῖρε,  
χαῖρε εὐλογημένη, 50  
χαῖρε δεδοξασμένη,  
ὁ σὸς γὰρ υἱὸς ἀνέστη  
τριήμερος ἐκ τάφου.

Notandum vero, tempore paschali apud Graecos vulgo a salulantibus dici Χριστὸς ἀνέστη. Quo fit, ut auctor threni de capta a Turcis Adrianopoli in commemorandis praecipuis diebus festis paschatis nomini (καὶ τῆς λαμπρῆς τὴν κυριακὴν) sacram hanc et solemnem salutandi formulam Χριστὸς ἀνέστη adjiciat. Initium threni est:

Κλαίγουν τὰ ἡδόνια τῆς Βλαχιάς καὶ τὰ πουλιά ἔς τὴν δύσιν,  
κλαίγουν ἀργά, κλαίγουν ταχειά, κλαίγουν τὸ μεσημέρι,  
κλαίγουν τὴν Ἀδριανούπολιν τὴν βαρειά κρουσευμένην,  
ὅπου τὴν ἐκρουσεύσανε ταῖς ἑορταῖς τοῦ χρόνου,  
τοῦ Χριστουγέννου ἄγιδ' κηρι καὶ τοῦ βατιοῦ ἄγιδ' ἀβία  
καὶ τῆς λαμπρῆς τὴν κυριακὴν ἄγιδ' τὸ Χριστὸς ἀνέστη.



In his verbis κρουσέω idem valet quod κουρσέω, 'γιδ' et 'γιδά ex ἄγιον et ἄγια decurtata sunt. Praeterea ad patrum Graecorum ritum pertinent egregii poetae Alexandri Sutsi verba πανοραμ. τῆς ἐθνικῆς συνελεύσεως σελ. κγ' :

Πρὸ μικροῦ ἀπὸ τὰ τεῖχη τοῦ Πανόρμου διαβαίνων,  
χιλιάδας ἐκεῖ εὔρον ἀδελφῶν ἀποικισμένων.  
Τὴν αὐγὴν αὐτοὶ τοῦ πάσχα μὲ λαμπάδας ἀναμμένας  
ἀναβαίνουσιν εἰς ὄρους κορυφὰς χιονισμένας,  
καὶ μακρόθεν θεωροῦντες τὸν ὀρίζοντα τοῦ γένους  
κράζουσι· Χριστὸς ἀνέστη! μ' ὄφθαλμοὺς δακρυβρεγμένους.

#### CAPUT ALTERUM.

Verum ut ad Ducangium ad quem emendandum et locupletandum haec scripta sunt revertur, nihil magis doctissimis viris aliquando fraudi fuit, quam quod non omnia vocabula litterarum ordine exhibentur, sed interdum deserta elementorum serie etymologiae ratio habetur. In narratione barbarograeca de Vulpe, aliquoties Venetiis excusa, quam Jac. Grimmus epistolae ad Lachmannum datae inseruit, saepenumero invenitur vox κακορίζικος, quam germanicarum litterarum princeps a ρίζα vel ὀρίζω ducit. Est autem κακορίζικος (sic enim rectius scribitur quam κακορίζικος, κακορίζηκος, κακορίζικος apud Ducangium p. 1297 vel κακοῤροίζικος et κακοῤρείζικος apud Scarlatum) repetendum e κακός et italico ριζικόν (risico). Usurpant vero Graeci τὸ ριζικόν, de fato, sorte, fortuna, periculo, ut recte exponit Ducangius. Ita fit, ut κακορίζικος nihil sit nisi κακόμοιρος vel δυστοχῆς. Sed nulla alia res Grimmium in errorem videtur induxisse, quam quod Ducangius vocabulum caeteroqui notissimum non servato litterarum ordine affert, sed italico nomini ριζικόν subjungit. Alio errore ducitur Coraes qui Ἄτακτ. II προλεγ. σελ. θ' perperam accipit haec Stephani Sachlecis verba:

καὶ κεῖνοι εἰς μιὰν ἤρχιζαν νὰ τρώγουν καὶ νὰ πίνουν,  
νὰ τραγωδοῦν λατινικά καὶ νὰ μὲ πεσκαντάρουν.

Nihil hic difficile praeter verbum πεσκαντάρουν, quod graecum esse nego. De hoc sic commentatur vir eruditissimus: ἀγνοῶ τὴν λέξιν πεσκαντάρουν. Ἐν ἴναι ἀπὸ τὸ Ἰταλικὸν pescare, σημαίνει νὲ μὲ ὀψαρεύωσι, μεταφορικῶς, νὰ μὲ ἐρευνῶσι, ζητοῦντες νὰ μοῦ σύρωσι λόγους καὶ ἐξομολογήσεις βλαβερὰς εἰς ἐμέ. Verum etiamsi Coraes vim verbi πεσκαντάρουν perspexisset, tamen nullo modo barbarum hoc verbum ex italico *pescare* oriri posset. Etenim verba latina et italica, quae media aetate in graecam linguam irrepserunt, partim a supinis partim ab indicativis vel infinitivis praesentis oriunda sunt. Hac ratione e supino *missum* fit μισσεύω (μισεύω) jam apud Theophanem an. 36 Justiniani, *traditum* transit in τραδιτεύω ap. Schol. Basil. lib. II, *translatum* in τρανολατεύω mutatur in Gloss. Basil. Sed e supinis *armatum* et *tentum* nascitur ἀρματόω sive ἀρματόνω jam apud Theophanem ann. 22 Copronymi et τεντόνω apud Ducam hist. cap. 17. Contra e *constare* prius fingebatur κοστεύω apud Anonymum de bellis Francorum, nunc κοστίζω dicitur. *Tractare* convertitur in τρακταίζω apud Photium Bibl. Cod. 18. Denique ex italico *travasare* i. e. μεταγγίζω formatur τραβαζάρω apud Agapium Geopon. cap. 48. Itaque ex italico *pescare* necessario fit πεσκάρω, non πεσκαντάρω. De reliquo Ducangius versiculum supra laudatum p. 577 s. v. καντάρειν in hunc modum, quod Coraem fugit, allegat:

νὰ τραγφοῦν Λατινικὰ καὶ νὰ με πῶς καντάρουν.

Non dubito quin Ducangius id quod in codice scriptum est rectius acceperit quam Coraes. Itaque versum sic emendo:

νὰ τραγφοῦν Λατινικὰ καὶ νὰ μὲ πῶς καντάρουν  
hac sententia: „incipiunt latine (italice) canere meque quodammodo cantare i. e. summis laudibus ferre.“ Hoc autem non sincere, sed miserrimi hominis irridendi causa fieri e sequentibus patet.

### CAPUT TERTIUM.

Transeo ad aliam rem paucis ni fallor cognitam satis et perspectam. In Ducangii glossario doctrina metrica mediae aetatis passim illustratur. Ex illa autem carminum varietate, qua

olim lyrica poesis ad summum pervenerat, pauca genera posteris placuisse notum testatumque est. Imprimis enim anacreontica carmina hominum studia tenuerunt, quibus condendis et quoad ejus fieri poterat variandis plurimi posteriorum saeculorum poetas videntur operam dedisse. Sed quamvis illi de antiquorum via declinarint aliique in poematis scribendis ad aliam normam mentem direxerint, tamen in hac ingeniorum diversitate quaedam iudicii ac voluntatis similitudo et cognatio apparet. Talia carmina contextuerunt Sophronius, Leo Magister, Acoluthus et Georgius Grammatici, Johannes Gazaeus, Helias Syncellus, Ignatius Grammaticus, Christophorus primus a Secretis, Photius, Arsenius Archiepiscopus, Catrares, Manuel Palaeologus et Leo Sapiens Imperatores, Constantinus Siculus. Ad hoc poësis genus pertinent, quae apud Ducangium sub voce. κουκούλλιον p. 727 et οἶκος p. 1034 dicuntur. Sed de hujusmodi versibus omnium optime egit Scholiastes Hephaestionis p. 87 seq. (171 seq.) qui veteres ait iambico dimetro acatalecto nomen versus Anacreontei indidisse, quod genus de more in imparibus locis spondeos reciperet, de recentioribus autem haec docet: οἱ δὲ νεώτεροι διαιροῦσιν αὐτὸ εἰς τε κῶλα ἕξ καὶ εἰς δύο· καὶ τὰ μὲν ἕξ κῶλά φασιν οἴκους, τὰ δὲ δύο κουκούλιον· καὶ ἐπιδέχονται οἱ μὲν οἴκοι ἀνάπαιστον, καὶ δύο ἰάμβους, καὶ περιττὴν συλλαβὴν· οἶον,

ἀπὸ τοῦ λίθου τὸ ρεῖθρον,

καὶ

ἀπὸ τῆς φίλης ἐρήμου.

τὸ δὲ τούτων κουκούλιον σύγκειται ἕκ τε τοῦ ἐλάσσονος τῶν δισυλλάβων ποδῶν, τουτέστι τοῦ πυρρίγιου καὶ ἕκ τοῦ μείζονος, ἦτοι τοῦ σπονδαίου· καὶ ἔχει ἐν μὲν ταῖς περιτταῖς χώραις τὸν ἐλάσσονα, ἐν δὲ ταῖς ἀρτίαις τὸν μείζονα, οἶον

ἀρετῆς εὐστεφάνου ἄνθεα δρέψας

ἀγίων περισιδάμου κόσμου ἄϊων (leg. ἀγίων ρυσιδόμου κ. τ. λ.),

καὶ

Ζαχαρίου μεγάλου πάγκλυτε κοῦρε.

τινὲς δὲ συντάττουσιν αὐτοῖς καὶ ἕτερον ἕξ ἐνὸς τῶν τετρασυλλάβων ποδῶν τὴν συστροφὴν ἔχοντα, ἦγουν ἕξ Ἴωνικοῦ ἀπ' ἐλάσσονος τρίμετρον ἀκατάληκτον, ὃν καὶ ἀνακλώμενόν φασιν.

ἐπιδεχόμενον δὲ τομὴν ἐφθήμεμερῆ, τουτέστι μετὰ τὰς τρεῖς τοῦ δευτέρου ποδὸς περαιομένην τὴν τομὴν εἰς μέρος λόγου· οἶον,  
ἀρετῆς ἔργα φέρειν ἔμπονος ἤβη.

ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀπὸ χοριάμβου ἄρχεται ὁ τοιοῦτος στίχος, εἴτα ἔχει τὸν Ἰωνικὸν ἀπ' ἐλάσσονος, διὰ τὸ ἀδιάφορον τῆς τελευταίας, καθὰ τῷ ἁγίῳ Σωφρονίῳ καὶ ἄλλοις ἀρχαιοτέροις δοκεῖ· οἶον,

Χριστιανῶν μακάρων ἔλθετε παῖδες.

καὶ οὕτω μὲν ἐκ τριῶν τετρασυλλάβων, εἰ δὲ βούλει ἐκ δισυλλάβων, ἐν μὲν τῇ πρώτῃ χώρᾳ τροχαίου, ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἰάμβου, ἐν δὲ τῇ τρίτῃ, πυρρίχιου, ἐν δὲ τῇ τετάρτῃ, σπονδαίου, ἐν δὲ τῇ πέμπτῃ πάλιν πυρρίχιου, ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ, τροχαίου ἢ σπονδαίου διὰ τὴν ἀδιάφορον. *His consentanea habet Ducangius s. v. κουκούλιον e scriptoribus manu exaratis, quae et Matranga Anecd. Graec. Vol. I Praef. 31 additis e Codice Vaticano variis lectionibus affert. Similiter Grammaticus Bernensis apud Hermannum Elem. doctr. metr. p. 488 τὸ Ἀνακρεόντειον ἔστι μὲν δίμετρον· ἐπιδέχεται δὲ ἐν τοῖς οἴκοις αὐτοῦ ἀνάπαιστον, καὶ δύο ἰάμβους καὶ μίαν περιττὴν συλλαβὴν· οἱ δ' ὡς τριμέτρῳ χρῆσάμενοι ἐν μὲν τῇ πρώτῃ τιθέασιν τροχαῖον· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἰάμβον· ἐν δὲ τῇ τρίτῃ καὶ τῇ πέμπτῃ πυρρίχιον· ἐν δὲ τῇ τετάρτῃ σπονδαῖον. ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ ἀδιαφόρως.*

Δίμετρον ἐν τῇ ἀρχῇ συλλαβῇ περιτεῦον·

καὶ πού τι καὶ βροτῶν φάτις.

Δίμετρον καταληκτικόν·

τά τε βάρων πολίων.

Δίμετρον συλλαβῇ περιτεῦον ἐν τῷ τέλει·

ὁ νόος θέλει γεραίρειν.

ὁμοιον

ὁ νόος θέλει καθυμνεῖν.

Qua de re Hermannus: „Sed explicanda, inquit, paucis haec doctrina est. Etenim οἴκους recentiores isti strophas appellabant, ut Fresnaeus in Glossario docuit, eodem modo quo ab Italis *stanze* dicuntur. Hinc apertum est, οἴκους illos sex versibus Anacreonticis constituisse iisque deinde additos esse duos trimetros Ionicos, qui interdum a Choriambis incipiebant eosque cuculii no-

men habuisse. Videntur autem οἴκοι isti nonnunquam etiam ex quattuor Anacreonteis compositi fuisse. Elias monachus p. 80 (correctum enim dabo) τοῦ Ἀνακρεοντείου οἱ οἴκοι (quod est in cod. Med. οἱ Ἀνακρέοντες non damnem: familiaris ista videtur appellatio fuisse) ἐπιδέχονται μὲν ἀνάπαιστον καὶ δύο ἰάμβους καὶ μίαν περιττὴν συλλαβὴν, οἶον,

ἀπὸ τοῦ λίθου τὸ βεῖθρον·

λέγονται δὲ διὰ μέλους ἀνὰ τέσσαρες, οἶον·

φιλε, μὴ λάθοι ἐμεῖο,

ἀρετῆς τρόποισι λάμπων,

ἀγάπης ὄρους φυλάττων,

μοναχῶν ἄριστε Μάρκε.”

Haec Hermannus verissime, quamquam de uno tantum sensu vocis οἶκος loquitur, quum duae sint ejus in re metrica notatu dignae significationes. Deinde quod ait videri οἴκους istos nonnunquam quattuor Anacreonteis constituisse, id Sophronii aliorumque exemplo probabimus. Sed neque Grammaticorum praecepta neque Ducangii explicationes per se sufficiunt ad perfectam rei imaginem animo informandam, nisi quis simul poetarum posteriorum \*) exempla intuitus ea quae magistri illi non tradunt perspexerit. Subjiciam igitur Sophronii hymnum in Christum recens natum compositum, quem primus edidit Leo Allatius in diatriba de Symeonum scriptis. Hujus carminis argumentum e Lucae Evang. Cap. II petitum esse apparet.

Σωφρονίου οἶκος εἰς Χριστὸν τὸν ἄρτι γεγεννημένον.

Ἄπὸ Βηθλεὲμ παρέλθω

μετὰ παρθένου τεκούσης,

βρέφος ἀγκάλαις φερούσης

κλυτὸν ἐς δόμον Θεοῦ.

\*) Hermannus p. 490 seq. de solo Gregorio Nazianzeno et Synesio loquitur.

- 5 Βιβλίον κόμιζε Λουκᾶ,  
 • κιθάρην φέρε Προφῆτα,  
 ἵνα τῷ τεχθέντι Χριστῷ  
 διφυῆς μέλος προσάξω.

- Γενέτη γὰρ ἔστιν ἴσος  
 10 Θεὸς ἐκ Θεοῦ, παλάμας  
 ἴσος αὖ πάλιν τεκούσῃ,  
 βροτὸς ἐκ βροτοῦ γὰρ ὤφθη.

- Διὸ σύνθετον καλέσσω  
 τὸν ἀσυγχύτως φανέντα·  
 15 δύο γὰρ φύσεις τελείας  
 μετὰ σύνθεσιν δοκεύω.

- Ἐς Θεὸν ἐς γενέτην Χριστὸς ἰκάνει,  
 δεσποτικοῦ προθέειν σπεύσομεν ἔχρους.  
 ὅτι Χριστὸς ἐς τοκῆα  
 20 Θεὸν ὡς βρέφος προῆλθεν,  
 προθέειν προθεῖτε πάντες.

- Ἐθιμος δ' ἐπεὶ τελέσθη  
 ἀγίας χρόνος λοχείης,  
 καθὰ Μωσέως κελεύει  
 25 νόμος εὐσεβοῦς προφήτου,

Ζάθειον πᾶν τοκῆς  
 Ἱερουσαλήμ ἐσῆγον,  
 βροτὸν ὡς θεῷ προσοίσειν  
 τὸν δεῖ θεῷ συνόντα.

- 30 Ζάθειος νόμος γὰρ ἔσκεν,  
 ὅτι πᾶν διοῦγον ἄρσεν  
 τοκετοῦ πύλας πανάγνους  
 ἅγιον Θεῷ καλείσθω.

Θυσίην δ' ὁμοῦ κομίζειν  
 35 δύο τρυγόνας κελεύει,  
 ἀπορουμένοις δὲ τέκνα  
 τὰ πελειάδων γενέθλης.

Χριστὸς ἐλευθερίην πᾶσιν ὁπάζων  
 Μωσαϊκῶν νομίμων ἄχθος αἰρίζει.  
 40 ὃς ἐλευθέραν ποιεῖται  
 μερόπων νόμου γενέθλην,  
 θεράπων νόμου φαάνθη.

Ἱερεὺς δὲ τις κατάρκει  
 Ἱερουσαλήμ ἐν ἄστει,  
 45 Συμεῶν μέγας προφήτης,  
 φορέων Θεοῦ πνεῦμα.

Κράτος ἀξίως ἐτίμα  
 ἀγίαις φρεσὶν Θεοῦ,  
 παράκλησιν οὗτος ἔθνους  
 50 μένεν Ἰσραὴλ ιδέσθαι.

Λόγον ἐνθέως βοῶντα  
 ἅγιον παρέσχε πνεῦμα,  
 ἵνα μὴ μόρω προσέλθῃ,  
 πρὶν ἰδεῖν γόνον Θεοῦ.

55 Μεγάρων ἄφνω προῆλθεν,  
 ἱερὸν δ' ἐσῆλθε θεῖον,  
 (ἅγιον γὰρ εἶχε πνεῦμα)  
 ἵνα Χριστὸν αὐτὸν εἴδῃ.

Ὁ νόμος Μωϋσέως ἄρτι τελέσθη,  
 60 ὅτι Χριστὸς προφανεὶς ὤπασε τέρμα.  
 Νόμον οἱ γονεῖς τελοῦντες  
 ἱερεῖ βρέφος παρέσχον,  
 ὃ δὲ δέξατο προθύμως  
 καλάμαις Θεὸν δικαίαις.

65 Ξένα θαύματα σκοπήσας,  
 ἄπερ οὐ πάρος τις εἶδεν,  
 τετακῶς ἐς ὕψος ὄμμα  
 λέγε πρὸς βρέφους τοκῆα·

‘Ο θεὸς τεόν με δοῦλον  
 70 κατὰ τὸν σὸν ἄρτι μῦθον  
 ἀπόλυσον ἐν γαλήνῃ,  
 ὅτι σου τὸ λύτρον εἶδον·

Προφανῶς γὰρ αὐτὸ πᾶσιν  
 ὄρααν βροτοῖς παρέσχες,  
 75 φάος ἔθνεσιν φαεῖναι,  
 κλέος Ἰσραὴλ λεῖψ σου.

Συμεὼν ἐκ προγόνων ὄλβιος ὤφθης,  
 ὅτι Χριστὸν παλάμαις δέξαιο μόνος.  
 ‘Ρῶς ἐκ λόγων θεόρτου  
 80 γενέταις ἔτιχτε θάμβος·  
 βάθος ἠγνόουν γὰρ οὗτοι  
 κρύφιον σοφῆς προνοίας.

Συμεὼν τότε προφήτης  
 μετὰ τοὺς λόγους ἐκείνους  
 85 ὀρέγων βρέφος κομίζειν,  
 Μαριὰμ λέγεται τεκούση·

Τὸ βρέφος πάναγνε τοῦτο  
 ἐς ἔγγραφιν ἔστι πολλῶν  
 μύρον αὐτὸ τε τῶν συνέθνων  
 90 ἐς ἀνακτίον τε σῆμα.

Ἵπὸ σὸν δὲ πνεῦμα κούρη  
 δόρυ κάρχαρον διέλθοι,  
 κραδιῶν ὄπως ἀπείρων  
 φανεροὺς λόγους ποιήση.



- 95 Ἐννομος εὐσεβίῃ πᾶσι φαίνει·  
 πρῶτος ἔγνω Συμεῶν Χριστὸν ἔόντα.  
 Φάτις εὐθέως ἰκέσθαι  
 ἱεράν προφητίν Ἄννην·  
 θυγατὴρ πέλεν Φανουήλ  
 100 ἀπ' Ἀσὴρ ἐοῦσα φύτλης.

Χρόνον οὐ βραχὺν γὰρ αὐτῇ  
 σαόφρων τέλεσσε χήρα·  
 ἱερῶ δ' αἶε παροῦσα  
 Θεὸν ἠδύμενιζεν ὕμνοις.

- 105 Ψόφον οὐδ' ὄλωσ ποιοῦσα  
 πολιοῖς ποσὶν παρέστη,  
 φανερόν δ' ἔτευξε Χριστὸν  
 Ἱερουσαλήμ πολίταις.

- Ψόγον ἐξελοῦσα λήθης  
 110 κραδίῃ φύλασσε πάντα  
 Μαρίῃ, βρέφος δ' ἔλοῦσα  
 ἐπὶ Ναζαρέτ πορεύου.

Μαρίῃ καὶ Συμεῶν κ' αὐτὸς Ἰωσήφ  
 μετὰ Ἄννης ἰκέτας σώζετε πάντας.

- 115 Μαρίῃ κλυτὴ σὺν Ἄννῃ,  
 Συμεῶν, ἄναξ Ἰωσήφ,  
 ἰκέταις γένοισθε τεῖχος.

*Pauca in hoc carmine emendavi, quorum ratio reddenda videtur. Ter metri causa εἰς praepositionem mutavi in ἐς; nam v. 28 apud Allatium est εἰςῆγον, v. 56 apud eundem εἰςῆλθε et v. 88 εἰς ἔγερσιν.*

*V. 61 scripsi τελοῦντες pro eo quod operarum errore prius legebatur πελοῦντες. V. 68 posui βρέφους pro eo quod apud Allatium est βρέφος. V. 73 rescripsi αὐτὸ metri et sententiae gratia pro αὐτὸς ut antea vulgatum erat. V. 74 reposui παρέσχεσ pro παρέσχεν et V. 75 ἔθνεσιν pro ἔθνεσι. V. 79 edidi θεόρτου; antea legebatur θεόττου. V. 89—90 sic corrupti leguntur apud Allatium μόρον*

αὐτέων σὺν ἔθνων Ἐς ἐναντίον τε πῆμα. Quum autem Lucas Evang. II, 34 dicat: καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς Συμεών, καὶ εἶπε πρὸς Μαριάμ τὴν μητέρα αὐτοῦ. Ἴδου οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον, non dubitavi locum in hunc modum restituere: μέρος αὐτῶν τῶν συνέθνων ἐς ἐναντίον τε σῆμα. V. 93 scriptum erat κραδίαν, quod eodem Luca duce in κραδιῶν mutavi. Ait enim scriptor ibid. v. 35: καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ἕπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν κραδιῶν διαλογισμοί. V. 102. Pro πέλεσσε et κῆρα quod est apud Allatium reposui τέλεσσε et χῆρα. Cf. Luc. ibid. v. 37. — V. 112 edidi ἐπὶ Ναζαρέτ πορεύου; antea legebatur ἀπὸ Ναζαρέτ πορεύου. Jam enim confectis negotiis et peracta re divina repetenda erat Nazarenorum urbs, unde cum marito paulo ante profecta erat Maria. — V. 113. κ' αὐτὸς Ἰωσήφ scripsi pro mendoso κάατος Ἰωσήφ, quod in priore editione reperitur.

Ipsum carmen graece nominatur οἶκος\*) propterea quod aedificii instar e variis quasi tabulatis et partibus constat. Praeterea singulae strophae vocantur οἶκoi tanquam habitationes. Earum initia servato litterarum ordine a singulis litteris ducuntur, ita ut prima incipiat ab α, secunda a β et sic deinceps usque ad ω. Singulae strophae e quaternis aut in aliis carminibus e senis versiculis compositae sunt. Denique κουκούλια (verbi causa v. 17—18) e binis, additamenta cuculliorum, quae ego ἐπικουκούλια appellaverim (verbi causa v. 19—21) e ternis versibus constant. Neque tamen omnium poematum Anacreonticorum, quae medio aevo facta sunt, eadem ratio est. Etenim in aliis plura, in aliis pauciora cucullia reperiuntur. Sic Leo Magister in carmine, quo Leonis Imperatoris nuptias celebravit, apud Matrangam Anecd. Vol. II p. 561 seq. singulis strophis e quaternis versibus compositis subjungit cucullium e binis versiculis

\*) Ducangius p. 1033: οἶκος hymni genus in Dei vel Sancti alicujus laudem ita constructum, ut quasi *compagem*, *aedificium fabricamque* virtutum ejus et gloriae videatur componere: et ideo *κουτάκιον* opponitur, ut eo amplius et diffusius. Italicorum quoque poemata habent *stanse*, id est *domus* sive *habitationes*.

constans. In quinto poemate Helenae Constantini uxori inscripto ibid. p. 568 a cucullis exorsus singulis cucullis strophas, quae e quaternis versiculis sunt, subjicit. At Acoluthus Grammaticus in eo poemate quod in brumalia contexuit ibid. p. 571 modo quaternis modo ternis strophis e quattuor versibus compositis addit cucullium ab ipsis strophis metri genere non diversum. Contra Georgius Grammaticus p. 573 in epithalamiis nullo utitur cucullio. Ab his omnibus differt Johannes Gazaei ἐπιβατήριος ibid. p. 575 ita conditus, ut sex versibus hexametris heroïcis septem strophae Anacreonticae e quinque versibus constantes subjungantur. Idem in aliis carminibus p. 633 et 634 duobus trimetris iambicis quinque vel sex strophas Anacreonticas, quae quaternos versus complectuntur, subjicit. In eo autem poemate, cujus initium est ὁ γέλως ὁ τῆς Κυθῆρης p. 638 singulae strophae quinque versus continent. Helias Syncellus in poemate (p. 641) quod inscribitur Ἀνακρεόντειον κατανοκτικὸν omissis cucullis quattuor singularum stropharum versus ab iisdem litteris incipit. Prima igitur stropha est:

Ἀπὸ καρδίας θεμέθλων  
ἀνάγω πυκνὰ στεναγμόν·  
ἀνομημάτων γὰρ ἄχθος  
ἀνακείμενον \*) κλονεῖ με.

secunda vero

βροτὸς ἀσθενῆς ὑπάρχω,  
βαρὺ φορτίον προσαίρω,  
βίον ὡς ὄδον παρέλω,  
βάθος εἰς κακῶν προκύπτω.

In altero poemate quod est apud Matrangam p. 645 vulgarem sequitur rationem litterarum singulis strophis praefigendarum, (de qua supra diximus) coronidis loco cum aliis versibus tum cucullio positus. Georgius Grammaticus orsus sextum poema apud Matrangam p. 662 a tribus cucullis tetrastichis et quattuor versibus trimetris iambicis decem strophas e quaternis versibus

\*) Sic emendavi codicis lectionem ἀνακειμένω.

constantes unamque quae quinque versus complectitur subjungit. Leo Sapiens φῆδριον κατανοκτικὸν apud Matrangam p. 683 seq. ita composuit, ut unam et triginta strophas litterarum ordine insignes, excepta ultima quae octo continet versus, omissis cucullis e senis versiculis conderet. At Constantinus Siculus in carmine erotico apud Matrangam p. 693 seq. strophas modo octonis modo duodenis versibus constantes cucullis distinxit. Fuerunt etiam media aetate qui veterum more in scribendis carminibus Anacreonticis neque cucullis uterentur neque ullam litterarum rationem haberent, ut Arsenius Archiepiscopus in oda εἰς τὴν λαμπρὰν κυριακῆν p. 670. Denique nonnulli neglecta syllabarum quantitate solos vocum accentus in pangendis carminibus Anacreonteis secuti sunt, ut Christophorus a secretis p. 669, Catrares p. 675, Manuel Palaeologus Imperator p. 682. Sed haec hactenus. In Sophronii carmine, quod raro in hujusmodi οἴκοις accidit, invenitur Dimeter catalecticis  $\cup \cup \acute{\prime} \acute{\prime} | \cup \cup \acute{\prime} \acute{\prime}$  vs. 10 similis versui qui citatur a Grammatico Bernensi apud Hermannum p. 489 τὰ τε βάρων πολίων. Caeterum vix est quod moneam θεοῦ synizesi monosyllabum fieri apud Sophronium vs. 10. Orationis genere usus est poeta, quod medium sit inter veterum elegantiam et recentiorum barbariem. Nam si a paucis mendis discesseris, tolerabile carmen septimo saeculo scriptum videri potest. — V. 28 ὡς Infinitivo\*) futuri junctum mendosum est, quia vel participium flagitatur vel e scriptoris loquendi usu (cf. vs. 58) Optativus aoristi. Verum posteriorum inscitia vel negligentia quasdam bonorum auctorum loquendi formulas, ut Thucydideam illam (lib. IV, 36) ὡς μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσαι imitata medio aevo temere huic aliisque particulis Infinitivum adjunxit. Excerpt. e Menandri hist. p. 391, 22 τοὺς ἄρχοντας — βουλεύσασθαι, ἔπως δὲ τὰ ἔπλα καταθέσθαι τελέως. Adde modorum aoristi et futuri permutationem, cujus multa exstant exempla apud scriptores Byzantinos. Cf. Malchus p. 260, 20 etc. V. 30 structura νόμος ἔσκεν — ὅτι καλείσθω non est graeca. Nam aliter loquuntur veteres et recentiores scriptores. Antiphon de caed. Her.

\*) De solo Infinitivo cf. Madvig. Synt. p. 193.

pag. 46 ed. Bekker. τοῦ νόμου κειμένου τὸν ἀποκτείναντα ἀνταποθανεῖν. *Diversa est Herodoti ratio I, 90. Recentiorum usui convenienter Coraes dicit Ἀτακτ. III, 107 νόμος ἦτο, ὅπῳτ' ἐγένετο δάνεισμα, νὰ γράφεται εἰς τὸ δημόσιον κατάστιχον τὸνομα τοῦ δανείζοντος καὶ τοῦ δανειζομένου πολίτου. Non satis graece, sed tamen perspicue Lucas II, 23 γέγραπται ἐν νόμῳ κυρίου, ὅτι πᾶν — κληθήσεται. Haec igitur verba imitaturus et quoad ejus fieri posset servaturus, quod per metri leges non licebat, non bene locutus est Sophronius.*

Quod ad ipsum odæ argumentum attinet, non laboro, utrum Symeon, cujus hic mentio fit, sacerdos fuerit, ut Methodio Patrarano, Cyrillo Hierosolymitano Orat. de Occursu Domini, Athanasio lib. de Essentia communi Patris et Filii et Spiritus sancti, Epiphanio de Patribus veteris testamenti, Leoni Imperatori Oratione de Purificatione B. Mariae Virginis, Sophronio etiam in Encômio Johannis Baptistae ac Praecursoris visum, an non fuerit, ut Lucae II, 25, Euthymio, Theophylacto, aliis placuit, quum theologorum sit de hujusmodi rebus disputare: id tantum apparere arbitror, odam compositam esse in Ἑπαντήν sive Ἑπαπαντήν. cf. Ducang. p. 1633. Similis enim argumenti poematum, quod inscribitur εἰς τὴν ὑπαπαντήν, de cujus metro vide Athanasium Christophulum apud Davidem Παραλλ. p. 135 et Darvarin Γραμμ. ἀπλ. p. 385, legitur in Hirmologio Venetiis 1682 edito. Id quo facilius cum Sophroniano carmine conferri posset hic ponere mihi collibitum est:

Εἰς τὴν ὑπαπαντήν.

Ἀκατάληπτὸν ἔστι τὸ τελούμενον ἐν σοὶ  
καὶ ἀγγέλοις καὶ βροτοῖς, μητροπάρθενε ἀγνή.

Ἀγκαλίζεται χερσὶν ὁ πρεσβύτης Σομεῶν  
τὸν τοῦ νόμου ποιητὴν καὶ δεσπότην τοῦ παντός.

- 5 Βουληθεὶς ὁ πλαστοουργὸς ἵνα σώσῃ τὸν Ἀδὰμ  
μήτραν ᾤκησε τὴν σὴν τῆς παρθένου τῆς ἀγνῆς.  
Γένος ἄπαν τῶν βροτῶν μακαρίζει σε ἀγνή,  
καὶ δοξάζει σε πιστῶς, ὡς μητέρα τοῦ θεοῦ.  
Δεῦτε ἴδετε Χριστόν, τὸν δεσπότην τοῦ παντός,

- 10 δν βαστάζει Συμεῶν σήμερον ἐν τῷ ναῷ.  
 Ἐπιβλέπεις πρὸς τὴν γῆν καὶ ποιεῖς τρέμειν αὐτὴν  
 καὶ πῶς γέρων κεκμηκῶς σὲ κατέχει ἐν χερσίν.  
 Ζήσας ἔτη Συμεῶν, ἕως εἶδε τὸν Χριστόν,  
 καὶ ἐβόα πρὸς αὐτόν· νῦν ἀπόλυσιν ζητῶ.
- 15 Ἡ λαβὴς ἢ μυστικὴ ἢ τὸν ἄνθρακα Χριστόν  
 συλλαβοῦσα ἐν γαστρὶ σὺ ὑπάρχεις Μαριάμ.  
 Θέλων ἐνηθρώπησας ὁ προάναρχος θεός,  
 καὶ ναῷ προσφέρεισαι τεσσαρακονθήμερος,  
 κατελθὼν ἐξ οὐρανοῦ ὁ δεσπότης τοῦ παντός.
- 20 Ὑπεδέξατο αὐτὸν Συμεῶν ὁ ἱερεύς.  
 Λάμπρυνόν μου τὴν ψυχὴν καὶ τὸ φῶς τὸ αἰσθητόν,  
 ὅπως ἴδω καθαρῶς καὶ κηρύξω σε Θεόν.  
 Μητροπάρθενε ἀγνή, τί προσφέρεις τῷ ναῷ,  
 νέον βρέφος ἀποδοῦσ' ἐν ἀγκάλαις Συμεῶν.
- 25 Νῦν ἀπόλυσιν ζητῶ ὑπὸ σοῦ τοῦ πλαστοουργοῦ,  
 ὅτι εἶδόν σε Χριστέ, τὸ σωτήριόν μου φῶς.  
 Ὅν οἱ ἄνω λειτουργοὶ τρόμφι λιτανεύουσι,  
 κάτω νῦν ὁ Συμεῶν ἀγκαλλίζεται χερσίν.  
 Ἡ τῇ φύσει μὲν μονάς, τοῖς προσώποις δὲ τριάς,  
 30 φύλαττε τοὺς δούλους σου τοὺς πιστεύοντας εἰς σέ.  
 Θεοτόκε ἢ ἐλπὶς πάντων τῶν Χριστιανῶν,  
 σκέπε, φρούρει, φύλαττε τοὺς ἐλπίζοντας εἰς σέ.

Conditum esse hoc carmen post captam a Turcis Constanti-  
 nopolin aut paulo ante e Graecitate patet. Confundit poeta ἐν  
 et eis praepositiones similiter atque Nicephorus Phocas p. 242 ed.  
 Bonn. V. 5 βουλευθεὶς ὁ πλαστοουργὸς ἵνα σώσῃ recentiorum  
 more qui vulgo ἐπειδὴ ἤθελε νὰ σώσῃ dicunt pro βουλευθεὶς  
 σώσαι usurpat. De usu voculae πῶς v. 12 cf. adn. ad Dem. Zen.  
 v. 108 et 232, de forma προσφέρεισαι v. 18 ibid. ad vers. 35.

Quod vero supra dixi, memoratisque poetis quibusdam pro-  
 bavi, non defuisse qui in condendis carminibus Anacreonteis ne-  
 glecta syllabarum quantitate solos vocum accentus sequerentur,  
 id nemini mirum videbitur reputanti hos poetarum vulgarium  
 versus antiquiores esse, quam plerorumque fert opinio. Ut autem

facile est Sophronii carmen in recentiorem Graecorum sermonem translatum sic immutare, ut pro antiquis versibus Anacreonteis politici substituantur \*): ita putaverim Graecos admodum mature flaccescente litterarum et poësis flore praeter artificiosum illud poëstices genus, quod e syllabarum quantitate pendet, simul alterum hoc populare excoluisse. Hujusmodi versus hexametros sexto fortasse saeculo compositos laudat Montefalconius Palaeogr. l. 3 p. 220. Primus autem Apollinarius Alexandrinus, hymnorum in virginem Dei matrem scriptorum, ut plurimi ajunt, inventor versus politicos quarto post Chr. n. saeculo eoque fere medio fecisse fertur. De his hymnis (οἴκοις τῆς θεοτόκου) ita Triodidium Sabbato 5 hebdomad. jejun. καὶ ἀναγινώσκωμεν ἀπὸ τῶν οἴκων ς. ἰστάμεθα εἰς τὴν τούτων ἀνάγνωσιν· οἱ δ' αὐτοὶ οἴκοι εἰσι κατὰ ἀλφάβητον, ἤγουν κδ' καὶ λέγονται παρὰ τοῦ ἱερέως. οἶκος πρῶτος, Ἄγγελος πρωτοστάτης οὐρανόθεν ἐπέμφθη εἰπεῖν τῇ Θεοτόκῃ τὸ Χαῖρε κ. τ. λ. Secundus oecus incipit a βλέπουσα, tertius a δύναμις, quartus ab ἔχουσα et sic deinceps. Sed quoniam hoc hymnorum genus etiam nunc apud Graecos viget, consentaneum videtur de iis domestici arbitri Constantini Oeconomi\*\*) verbis disserere. Ὁ Ἀλεξάνδρεὺς Ἀπολλινάριος, inquit, ὅστις ἐτόνισεν εἰς ἐξάμετρα ἔπη τὸ ψαλτήριον καὶ ἄλλην σχεδὸν τὴν θείαν Γραφήν, αὐτὸς οὗτος κατὰ τὴν πλειοτέραν γνώμην ἐποίησε καὶ τοὺς οἴκους τῆς Θεοτόκου, οἵτινες σύγκεινται ἀπὸ διαφόρων στίχων λογοειδῶν ποικίλας συζυγίας, ὅλας μετρούμενας κατὰ τονικὸν ῥυθμὸν τῶν συλλαβῶν. Εὐθὺς τὸ προοίμιον περιέχει· α) μίαν συζυγίαν ἴσων κῶλων στιχηρῶν ἑπτασυλλαβῶν, ἐκ λέξεων ὅλων παροξυτόνων, πλὴν τῆς πρώτης τοῦ πρώτου κῶλου, προπαροξυτονουμένης· β) στίχον παροξυτόνον δεκασύλλαβον· γ) ἄλλην συζυγίαν ἑνεασυλλαβῶν κῶλων, ληγόντων εἰς δεξυτόνον λέξιν· εἰς δὲ τὸ τέλος τῆς συζυγίας ἀκο-

\*) Ἀπὸ Βηθλεὲμ θὰ πάγω  
μὲ τὴν μητροπάρθενον, ποῦ  
'ς ταῖς ἀγκάλαις τὸ βρέφος της  
φέρει πρὸς θεοῦ τὸν οἶκον.

Φέρε τὸ βιβλίον Λουκᾶ  
φέρει τὴν λύραν Προφήτα,  
διὰ ν' ἀφιέρωσω τῶρα  
διφυῆς 'ς τὸν Χριστὸν ἄσμα κ. τ. λ.

\*\*) Περὶ τῆς γνησίας προφορᾶς τῆς ἑλληνικῆς γλώσσης p. 667.

λουθεῖ κομμάτιον προπαροξύτονον · δ) κόμμα μεγαλύτερον προπαροξύτονον · ε) στίχον ἑνεασύλλαβον, καταληκτικὸν εἰς λέξιν παροξύτονον · ἰδοὺ ἡ διαίρεσις·

„Ἄγγελος πρωτοστάτης — Οὐρανὸθεν ἐπέμφθη  
 „Εἰπεῖν τῇ Θεοτόκῃ τὸ χαῖρε·  
 „Καὶ σὺν τῇ ἄσωμάτῃ φωνῇ  
 „Σωματούμενόν σε θεωρῶν — κύριε,  
 „Ἐξίστατο καὶ ἴστατο  
 „Κραυγάζων πρὸς αὐτὴν τοιαῦτα.

(Ἐκ τῶν αὐτῶν κώλων σύγκειται καὶ τὸ ἐφεξῆς λογοσιδὸς  
 „Βλέπουσα ἡ Ἁγία” κ. τ. λ. καὶ ὅλοι οἱ τούτου ὅμοιοι μικρότεροι οἴκοι)·

Μετὰ τὸ προοίμιον τῶν μεγάλων οἴκων ἀκολουθοῦσιν ἑξ  
 συζυγίαι στίχων διαφόρως ποικιλλομένων κατὰ τε τόνον καὶ  
 τὸν ἀριθμὸν τῶν συλλαβῶν· οἶον, εὐθὺς ἡ πρώτη τοῦ πρώτου  
 οἴκου συζυγία συναπαρτίζεται ἐκ στίχων δεκασυλλάβων, ληγόντων  
 εἰς λέξιν παροξύτονον·

„Χαῖρε δι’ ἧς ἡ χαρὰ ἐκλάμψει” κ. τ. λ.



## CONIECTANEORUM BYZANTINORUM LIBER SECUNDUS.

### CAPUT PRIMUM.

Quantum interdum valeat ad fontes juris civilis Romanorum recte interpretandos Graecorum interpretum cum latinis jurisconsultorum verbis comparatio: loco quodam Digestorum demonstrare constitui. Tit. XVI, 25 haec leguntur: „Quintus Mucius ait, partis appellatione rem pro indiviso significari. Nam quod pro diviso nostrum sit, id non partem, sed totum esse. Servius non ineleganter partis appellatione utrumque significari.” et ibid. 26: Ulpianus lib. 16 ad Edictum: „Partum non esse partem rei furtivae, Scaevola libro undecimo quaestionum scribit.” Ac priora quidem verba tam perspicua sunt, nullo ut interprete egeant, posteriora vero, quibus partum non esse partem rei furtivae Scaevola docuisse fertur, consultis demum Graecorum libris intelliguntur. Ex illis ea, quae huc pertinent proponam: Basil. lib. II Tit. II, XXIII — XXIV p. 43 ed. Heimb. μέρος πράγματός ἐστι καὶ τὸ ἐξ ἀδιαίρετου καὶ τὸ διηρημένον. κδ. ὁ τοκετὸς τῆς κλοπιμαίας δούλης οὐκ ἔστι μέρος αὐτῆς. i. e. ut nemo non videt, *Pars est tam pro indiviso quam pro diviso.* XXIV. *Partus ancillae furtivae non est pars ejus.* Ergo quod in latino exemplo est *rei furtivae*, id a Graeco interprete exprimitur verbis τῆς κλοπιμαίας δούλης. Desideratur autem δούλης in Synops. cap. 26 p. 7. Scholiastes vero haec ait pag. 64 ἐξ ἀδιαίρετου] Ὁ Κούιντος Μούκιος ἔλεγε, τῇ τοῦ μέρους προσηγορίᾳ καὶ τὸ ἐξ ἀδιαίρετου ἐπίκεινον πρᾶγμα δηλοῦσθαι· ὅπερ γὰρ ἐκ διηρημέ-

νων μερῶν ἡμέτερόν ἐστι, τοῦτο οὐ μέρος, ἀλλ' ὀλόκληρον εἶναι. ὁ μὲντοι Σέρβιος σοφῶς ἔλεγε, τῇ τοῦ μέρους προσηγορίᾳ ἑκάτερον δηλοῦσθαι καὶ τὸ ἐξ ἀδιαίρετου καὶ τὸ ἐκ διηρημένου μέρους ἐπίκεινον. τοῦτο δὲ βούλεται λέγειν, ὅτι τὰ δουλεύοντά τῷ πιπρασκομένῳ, καὶ διηρημένου ὡς μέρους, αὐτοῦ εἶσιν, ὡς ἡ κλεις καὶ οἱ μοχλοί, καὶ ὅτι τοῦ οἴκου πραθέντος οἰωπηρῶς ἔπονται. Ἐὰν δυοὶ δοῦλος ἢ πλοῖον ληγατευθῆ, ἀδιαίρετος μὲν ἢ τούτων νομή, ὅμως τὸ ἀπὸ τῆς δουλείας τοῦ πράγματος ἢ τοῦ πόρου ἑκατέρου τῶν δεσποτῶν λογίζεται. et ad cap. 24 οὐκ ἔστι μέρος] Τοῦ Ἐναντιοφ. Βιβλ. α' τιτ. ε' διγ. κς' ὡς ὁ μετὰ τὴν κλοπὴν συλληφθεὶς. ἐν μὲν γὰρ τῷ α' βιβλ. μέρος εἶναι φησι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ δεσπόζεσθαι, ὡς τῆς μητρὸς ἐγκούου κλαπίσης· ἐν δὲ τῷ ε' βιβλίῳ μὴ εἶναι μέρος λέγεται, ὅτι μετὰ τὴν κλοπὴν συνελήφθη· καὶ διὰ τοῦτο δεσπόζεσθαι τῷ καλῇ πίστει νομεῖ. ἐν δὲ τῷ κ' βιβλίῳ τιτ. δ' διγ. α' εἶπεν· τὸ ἐγκυμονούμενον, πρὶν ἢ τεχθῆ, μέρος εἶναι τῆς γυναικός. *Utrum partus ancillae sive servae furtivae pars esset an non esset, sine dubio haud rarius a jurisconsultis Romanis quaesitum est, quam quibus poenis affiendi essent ii, quorum Plautus Curcul. V, 2, 22 his verbis meminit: „qui scias mercari furtivas atque ingenuas virgines, ambula in jus.” Principes civitatis P. Scaevola et M' Manilius teste Cicerone de Fin. Bonor. et Malor. I, 4 aliquando inter se disserebant, partus ancillae essetne in fructu habendus, ab iisque M. Brutus dissentiebat, qua de re vide interpretes. Erat autem P. Mucius Scaevola pater Q. Mucii, de quo hic agitur. De utroque Scaevola haec prodit Sextus Pomponius de orig. juris et successione jurisconsultorum Dig. I, 2 fragm. 2 § 39: „Post hos fuerunt P. Mucius et Brutus et Manilius, qui fundaverunt jus civile. Ex his P. Mucius etiam decem libellos reliquit. — ibid. § 41: „post hos Q. Mucius Publii filius, pontifex maximus, jus civile primus constituit, generatim in libros decem et octo redigendo.” Quum autem Q. Mucius acceptam a patre disciplinam magis excoluerit, in interpretatione graeca vero cum scholiis nulla subsit suspicio vel erroris vel depravationis, non dubito verba in Graecorum libris ad Q. Mucium auctorem relata ei adjudicare, sive in exemplo latino rei*

*furtivas* loco scribatur *servae* vel *ancillae furtivae*, sive recepta lectio, quam Gothofredus, Brissonius, Dirksenius aliique jurisconsulti nulla scripturae varietate memorata citant, argumentorum pondere defendatur. Caeterum quod in monumentis graecis vera lectio δουλῆς servata est: id sine controversia solius Thalelai diligentiae et acumini acceptum referimus, quem jure Scholiastes Basilicorum Tom. V p. 732 τὸν τῆς νομικῆς ὀφθαλμῶν appellat. Jam licet scholia, quae hodie exstant, aliqua ex parte e Theodori, Stephani, Cyrilli, Gobidae et aliorum scriptis deprompta sint, tamen si quid boni continent, id plerumque ex erudito sagacissimi Thalelai in Digesta, Codicem, Novellas commentario petatum est. Thalelai \*) laudes Ruhnkenius Praef. ad Thalelai aliorumque Jurisconsultorum Graecorum Commentarios in Titt. D. et Cod. De postulando sive de advocatis et de procuratoribus ac defensoribus ita persequitur: „Summa in eo juris peritia, mirum in solvendis dubiis acumen, docendi denique ratio facilis et expedita. Usus est praeterea ea diligentia, quam utinam ejus aequales essent imitati, ut fontes ipsos, ex quibus Justinianus hauserat, tum adhuc scaturientes, sed mox obstructos, adiret.” De reliquo mihi persuasum est, Basilicorum compilatores sub Basilio et Leone VI non ipsos exemplar latinum interpretari esse aggressos, sed quum singulorum juris civilis fontium multae interpretationes partim κατὰ πόδα (quales solae Justiniani permissu factae erant) partim κατ’ ἐπιτόμην, partim κατὰ πλάτος confectae hominum manibus tenerentur, ex variis illis translationibus τὴν ἐξηκοντάβιβλον composuisse. Quod nisi ita se haberet, nemo profecto intelligeret causam orationis variae et multiformis, ortae ex interpretationum dissimilitudine ac diversitate, qua modo verbum e verbo exprimitur, modo exemplar latinum amplificatur, modo verba latina summatim et κατ’ ἐπιτόμην redduntur. Illud autem percommo- dum est, quod quum in scholiis atque alibi (cf. Ducang. p. 1179) τὸ κατὰ πόδα, τὸ πλάτος τῶν νόμων etc. haud raro citetur, nonnunquam nobis etiam hodie licet varia jurisconsultorum Graecorum de iisdem verbis judicia doctorumque et minus a jure

\*) Cf. Heimbach. de Basilicorum orig. pag. 26 seqq.

civili ac latinitatis scientia instructorum hominum interpretandi diversitatem introspicere.

### CAPUT SECUNDUM.

Cum Graeci partim sacris Latinorum expeditionibus partim mercaturae beneficio ingeniorum habitum cultumque, litterarum statum et poetica studia apud Occidentis populos cognovissent, accidit, ut plurimi eorum poetae quasi antiquitatis obliti certatim se ad Gallorum Itolorumque poësin imitandam conferrent. Hinc illa poemata περί γεραιού (πότου \*) de Lybistro equite Latino et Rhodamna regis Armeniae filia\*\*), de Belthandro equite et Chry-

\*) Carmen hoc editum est a F. H. von der Hagen in Denkmalen des Mittelalters fasc. I 1824, legitur etiam appendicis loco in Roman de Tristan en vers etc. publié par Francisque Michel. Paris. 1836. Denique separatim divulgatum est Lipsiae 1846 ab A. Ellissen.

\*\*) Ex hoc de Lybistro et Rhodamna poemate Crusius Turcograec. p. 489 seq. hosce laudat versus:

Ψυχὴ γὰρ ἐρωτότρωτος, ὅσα ψυχοπονέση  
 χάνει τοὺς πόνοους, ἂν γλυκὺν μάθη τοῦ πόθου λόγον.  
 πόσοους κινδύνους ἔπαθα καὶ ἀνάγκας ὑπεστάθην·  
 τί πράγματα ἐσυνέβησαν διεσέναν εἰς ἐμέναν.  
 πέτρας ἀνάγχεσ ἐσθῆσιν, καὶ σιδηρὴν καρδίαν,  
 ναμετὰ συνεπάσχησες, τὰ ἐπάσχησα δι' ἐσέναν,

Corrige: Ψυχὴ γὰρ ἐρωτότρωτος, ὅσα ψυχοπονέση  
 χάνει τοὺς πόνοους, ἂν γλυκὺν μάθη τοῦ πόθου λόγον·  
 πόσοους κινδύνους ἔπαθα καὶ ἀνάγκας ὑπεστάθην·  
 τί πράγματα συνέβησαν δι' ἐσέναν εἰς ἐμέναν. [ὅτι τί πράγματ'  
 ἐσυνέβησαν κ. τ. λ.]  
 πέτρας ἂν νὰ ἴγχεσ αἰσθησὶν καὶ σιδηρὴν καρδίαν,  
 νὰ μὲ τὰ συνεπάσχησες, τὰ ἐπάσχησα δι' ἐσέναν.

In primo versu post ὅσα antiqua lingua desiderat ἂν particulam, quam recentiores omittunt. Cf. David. Παράλλ. p. 108. De structura vulgari τί πράγματα dixi lib. I cap. primo ad Ducae cap. XXXVIII p. 273 ed. Bekker. Verba ἂν νὰ ἴγχεσ (i. e. ἂν νὰ εἴγχεσ) αἰσθησὶν duplicem continent particulam conditionalem. Coraes ad Ptochoprod. p. 225, ὁ νὰ, inquit, σημαίνει πολλάκις καὶ τὸ ἐάν ἢ μᾶλλον τὸ εἰ, ὡς εἰς τοῦτο τὸ παράδειγμα, Νὰ ἴγχεσο ἐνωρήτερα, ἤθελες μ' εὐρεῖν. Alterum illud νὰ [vers. 6] idem valet quod ἂν δυνητικὸν veterum, ut sensus sit συνέπαθες ἂν. Vid. eund. Coraëm l. c. Ut autem γρυσὸς vulgariter adhibetur pro γρυσσοῦς: ita etiam σιδηρὸς hoc loco pro σιδηροῦς ponitur. Athanasius Christophulus

santza, de Florio et Platziadora, hinc mirabilis de Iberio et Margarone narratio, hinc fabulae Milesiae de Belisario ac de Alexandro Magno, hinc simillima Milesiis fabulis tragoedia Ero-phile, hinc Boccacii Theseis in vulgarem Graecorum sermonem translata, hinc poëma de Vulpe et Lupo a Graecis Renardi Vulpis exemplum intuitis imitando expressum, hinc poëma de nuptiis Thesei et Aemiliae e duodecim libris constans, in quibus poëta Boccacium imitatur, hinc ut alia praeteream, quorum hic locus non capit recensionem, egregium Vincentii Cornari poëma Erotocriti nomine inscriptum, quod etsi antiquorum operibus nemo unquam anteferre ausus est, tamen tot virtutibus excellit, ut non alius inter recentiores Graecos sagacior intimatorum animi humani recessuum indagator, sollertior rerum gestarum narrator, suavior denique et gravior poëta reperiatur. Servavit enim sermo vulgaris, antequam ad haec tempora ventum est, quibus Graecorum res et publica et litteraria revirescit, vel in media barbarie dulcedinem quandam, quam raro nostri homines solis antiquorum libris impallescens vel noverunt vel satis dignam, in qua noscenda hominum liberaliter eruditorum ingenia versentur, existimant. Neque vero a solis Italis et Gallis carminum argumenta petivere, sed ab Arabibus etiam aliisque gentibus orientalibus multa mutuati sunt. Quo factum est, ut Michaël Andreopulus Syntipae Persae cognoscendi copiam quinto decimo fere saeculo Graecis lectoribus daret. Huc adde fabulam indicam τὰ κατὰ Στεφανίτην καὶ Ἰχνηλάτην undecimo jam saeculo ex arabica lingua graece redditam a Simeone Setho, Johannis Sabaei τὴν ψυχωφελῆ ἱστορίαν ἐν ᾗ ὁ βίος Βαρλαάμ καὶ Ἰωασάφ apud Boissonadium Anecd. Vol. IV aliaque monumenta quae abunde ostendunt illa aetate barbarorum etiam libros Graecis placuisse. Quae quum ita se habeant, nonnunquam difficile est statuere, ex quo fonte fabulae Milesiae et carmina medio aevo scripta, in qui-

δταν πίνω τὸ κρασάκι 'ς τὸ χρυσὸ μου ποτηράκι [ἐν τῷ χρυσῷ μου ποτηρ(ῶ)]. Adde Ionismum σιδηρῆ ut in πιπρῆ, μικρῆ et κατάσπρη, de quibus dixi ad Demetr. Zon. v. 48. Denique in συνεπάσχησες idem conspicitur barbarismus de quo ad Zen. vs. 196 εἴλοι με συμπασχῆστε 'ς τὴν λύπην τὴν δικήν μου locutus sum.

bus modo Arabicae superstitionis modo veteris Gallicae et Italicæ poësis vestigia apparent, manaverint. Neminem fugit, Arabes magicarum praestigiarum studiosissimos partim in magica arte a Graecis atque Aegyptiis profecisse, partim acceptam ab aliis gentibus disciplinam excolere ac perficere studuisse \*). Itaque mirum non est, quum apud Arabes magicorum annulorum usus aut per multa saecula duraverit aut certe scriptorum imprimis poetarum cantibus celebratus sit, Graecos quoque in fabulis Romanensibus carminibusque frequenter ejusmodi annulorum agitare mentionem. Quum autem ipsi veteres portentosa de Gygis annulo tradant, atque etiam nunc vulgus Graecorum vim mirificam quibusdam annulis tribuat, non liquet, quam singuli scriptores auctoritatem, quod exemplam secuti sint \*\*).

Lybister, ingenio formaque praestantissimus juvenis Christia-

\*) Cf. Tiedemann. disputationem de quaestione, quæ fuerit artium magicarum origo etc. p. 75 et 98 seq.

\*\*\*) Omnino ut nullo unquam tempore vulgus Graecorum superstitione liberum fuit, ita multo minus Saraceni his erroribus solvi et quasi in libertatem vindicari potuerunt. Recte ait Ducangius p. 1540: „τελεσµατα operationes diabolicæ. Praesertim vero ac peculiari notione ita appellantur *magicæ consecrationes*, statuarum videlicet vel aliarum rerum quarumvis, ad hostium transitus vel superventus prohibendos, vel morborum ingruentium aut bestiarum incursum avertendum. Ejusmodi porro statuas τετελεσµένες vocant Graeci, unde *Talisman* dicuntur Arabibus.” Cf. v. στοιχείον p. 1453 seq. Haec igitur superstitiosa de rerum magicarum vi ac de miraculis opinio et Saracenis et vulgo Graecorum communis est. Quamobrem noli mirari quod Crusius in Turcograecia p. 490 de Turcis narrat his verbis: „Sabbato Pentecostes Turcae combusserunt Graecum biennio ante defunctum, quod vulgo crederetur noctu sepulchro egredi hominesque occidere. Alii autem veram causam perhibent, quod XV pluresve homines spectrum ejus videntes mortui sint. Sepulchro extractus, consumpta carne, cutem ossibus adhaerentem integram habuit.” Etenim eadem opinionum pravitate nunc vulgus Graecorum infectum est. Coraes Ἀτακτ. II p. 84: Βορβόλακας, inquit, ἡ βουρβόλακας ὀνοµάζεται ψυχὴ ἀποθανόντος ἐπιστρέφουσα νὰ ἐνοχλῆ τοὺς ζῶντας. — Ἡ πρόδοος τῆς παιδείας ἐψύχρανε πολὺ τὴν περὶ τῶν Βορβολάκων πίστιν· μόνος ὁ ἔχλος πιστεύει ἀκόµη, ὅτι εἰς τοὺς παλαιούς ἐπίστευαν καὶ πολλοὶ ἐκ τῶν ὄσσοι δὲν ἦσαν ἔχλος. Legendi imprimis Leo Allatius apud Ducangium v. βουλκόλακα (scribe βουλκόλακας; vulgo βρουκόλακας vel βουρκόλακας) p. 216 et Franc. Richardus Scut. Fid. part. 2. cap. 8 § 3 et part. 1 p. 335 ac de Insula S. Irenes p. 220, 282 et 398. Adde Ducangium s. v. τυμπανίται p. 1621.

mus et idem rex Latinus Rhodanum uxorem magico dolo amissae perhibetur in factio Mnesia manuscripta, cujus argumentum copiose enarrat Crusius \*, L. p. 490. Magicorum etiam annulorum usa multa efficit scriptor narrationis, quae est de Florio et Platziifora. Hic ex Arabico an e Gallico libro fabulae argumentum petiverit, non facile dixerim. Neque hoc ad liquidum perduxit Aemilius Somerus qui multus est in comparandis singulis plurimarum gentium poetis, qui eandem materiam ornandam susceperunt. Id solum liquere opinor poetae Graeco neque Gallicum carmen Imm. Bekkeri opera editum \*\*) obversatum, neque Boccacii Philocopum, cui consentanea quaedam habet, imitando effectum esse, sed aut gallicum carmen eo quod nunc exstat antiquius aut arabicum poema esse lectum \*\*\*). De hoc autem carmine pauca dicere constitui.

Fraedare de litteris meruit Imm. Bekkerus tali poetices monumento e bibliotheca Vindobonensi anno 1845 in lucem protracto \*\*\*\*). Qui si non ubique codicis scripturam servare, sed in emendando libello operam ponere voluisset, majorem etiam gratiam a lectoribus, licet paucis, erat initurus. Nunc quum neglecta orthographia posthabitisque artis grammaticae et metricae legibus quale in exemplari manu exarato invenitur carmen innumeris deformatum mendis ediderit, aegidum ex illa vitiorum multitudine pauca hic speciminis loco proponamus. Sed quoniam non in omnium manibus hoc opusculum est, primos centum et tres versus integros afferamus.

\*) Ipsum librum Crusius indicis quibusdam inductus tertio decimo saeculo scriptum putabat.

\*\*) Insertum est Commentationibus Academiae litterarum Berolinensis an. 1844.

\*\*\*) Caeterum e versu 396 να συναχθῶν οἱ πάντες οἰκήτορες τῆς Ρώμης atque e narrationis fine vs. 1857 ἐσήμανεν ἡ Σπάνια ὄλας τῆς τῆς καμπάνας et vs. 1867—68 καὶ εὐσεβῶς ἐβασίλευσεν χρόνους σαράντα πέντε τὴν πρεσβυτέραν τὴν πόλιν Ρώμην τε τὴν μεγάλην colligendum, fabulae auctorem fuisse geographiae imperitum qui putaret Romam urbem in Hispania sitam, quod ab iis qui hac de re scripserunt non video esse animadversum.

\*\*\*\*) Insertum et hoc Commentationibus ejusdem Academiae an. 1845.

# ANONYMI POETAE

## CARMEN

### DE FLORIO ET PLATZIAFLORA.

E Cod. Vindob. qui est inter cod. ms. theol. Gr. CCXLIV f. 211—222.

Ἀιγίγγῃσις ἐξαίρετος ἐρωτικὴ καὶ ξένη  
Φλωρίου τοῦ πανευτυχοῦς καὶ κόρης Πλάτζια Φλώρης.

Εἷς καβαλλάρης εὐγενῆς ὀρμώμενος ἐκ Ῥώμης,  
ἀνδρείος, καλοπρόσωπος ἐν παλαιοῖς τοῖς χρόνοις  
ἔσχε παρθένον σύζυγον. πλὴν ἐξ αὐτῆς τῆς κόρης  
τέκνον οὐδὲν ἐποίησεν καὶ τρώθηκεν τῇ λύπῃ·  
5 ὑπῆρχε γὰρ εὐγενική, τὸ εἶδος κρυσταλλοχροία,  
ἐξαίρετος εἰς ἡλικιάν. πλὴν ἦτον ὠραιωμένη,  
εἰς ἡλικιάν κυπάρισσος, σελήνη εἰς τὴν ὄψιν.  
ὁ κύκλος τοῦ προσώπου της τὸν ἥλιον ἀντηύγει·  
τὸ κάλλος της τὸ ἔμορφον φλόγα νὰ παρασταίνη.  
10 Ἰδὼν δὲ ὁ αὐτῆς ἀνὴρ αὐτῆς τὴν ἀτεκνίαν  
ἐκ βάθους τῆς αὐτοῦ ψυχῆς θεὸν ἐξιλεοῦτο,  
καὶ πρέσβυν παρεστήσατο μύστην τοῦ τηλικούτου  
Ἰάκωβον τὸν ἔνδοξον ἀπόστολον κυρίου,  
ἔσον νομίζων παρρησιᾶν ἔχειν πρὸς τὸν δεσπότην  
15 τοῦ χάριν δοῦναι αἰτήσεως ἵνα τεκνοποιήσῃ.  
ὁ δὲ ἀνὴρ τῆς γυναικὸς διὰ νὰ ἔχη τοιαύτην χάριν,  
ὕπόσχεσιν ἐποίησεν νὰ κλαίγουν ἐν Γαλιτzais.



- μετὰ δὲ τὴν ὑπόσχεσιν συνέλαβεν ἡ κόρη,  
καὶ πάντες εἰς τὸν οἶκόν τους χαρὰς μεγάλας κάμνουν.
- 20 Ἰδὼν δὲ τὴν ὑπόσχεσιν ἀπάρτι πληρωθεῖσαν,  
ἔλαβεν τὸ μαρσίπιον μετὰ τὴν βακτηρίαν  
ὡς εὐτελής, καὶ τὴν στολὴν ἐφόρεσεν αὐτίκα,  
νὰ πᾶν εἰς τὸ εὐκτήριον, ναὸν τοῦ Ἰακώβου.  
κι ἀντάμας ποῖσεν τὴν ὁδὸν μετ' αὐτοῦ καὶ ἐτέρων.
- 25 μετὰ δὲ τοῦ πορεύεσθαι στρατὰν τοῦ ταξιδίου  
ἐπάντημαν ἐνάντιων πλήρες ζημίας γέμον  
ἐκεῖσε συνεπήντησαν· ζημίαν γιὰ τοιαύτην  
ἐκίνησεν ὁ βασιλεὺς Φίλιππος ἐκ Σπανίας.  
Σαρακηνὸς τὴν γενεὰν ἦτον μαγαρισμένος.
- 30 πλῆθος πολλῶν καβαλλαριῶν ἔσυρεν συντροφία'  
καὶ πεζικὸν ἀμέτρητον ἐμπρὸς του μετ' ἐκείνων·  
περνοῦν εἰς ὄρη δύσβατα νυκτοπεριπατοῦντες.  
ἐχάραξε ἡ ἀνατολή, ἐσύμωσεν ἡ μέρα,  
ἔλαμψε καὶ ἐμόρφωσε τὸ φῶς τὸ τοῦ ἡλίου.
- 35 καὶ βίγλας ἔστησαν πολλὰς βλέποντες τὰς κλεισοῦρας.  
ἐκεῖ ἴδασιν διαβαίνοντας ἀνθρώπους πελεγρίνους,  
Ῥωμαίους ὄλους εὐγενεῖς, Χριστιανούς τὴν πίστιν,  
ὄλοι νὰ ὑπαγαίνουσιν διὰ νὰ προσκυνήσουν  
τὸν ἅγιον Ἰάκωβον, ἀπόστολον κυρίου·
- 40 ὥστε ὑπῆρχεν μετ' αὐτοὺς καὶ ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος,  
ἐκεῖνος ποῦ τὴν ἄτεκνον εἶχεν καὶ ὑπεσχέθην,  
ἐὰν λυθῆ τὸ τοῦ δεσμοῦ καὶ ἡ γυνὴ συλλάβῃ,  
μὲ τὴν ἐμὴν ὁμόζυγον ν' ἀπέλθουν ἐν Γαλιτζαίς.  
ὡς γοῦν ἰδὼν ὁ βασιλεὺς τούτους ὀδοιποροῦντας
- 45 τοῖς ἀλλοφύλοις ἤρξατο κελεύειν καὶ προστάσσειν,  
καβαλλάρους λέγει δὲ σφικτοαρματωμένους,  
ἄνδρας καλοὺς πολεμιστάς, στρατιώτας ἀνδρειωμένους·  
"δράμετε, ἴδετε, μάθετε τὸ τί γενεᾶς ὑπάρχουν·  
κι ἂν ἦναι ἀπὸ τῶν Χριστιανῶν γένος ὅπερ μισοῦμεν,
- 50 εἴ τι κακὸν κι ἐπώδυνον, πᾶν αὐτοὺς ποίσητέ το."  
λαβόντες δὲ οἱ ἄθροιοι θέλημα παρ' ἐκείνου,  
ὡς θῆρες δράμον κατ' αὐτούς, ὡς κύνες μετὰ θράσι·  
κι ὡς λύκοι ὑπεσέβησαν σπαράξαι καὶ ταράξαι

- τοὺς ἀληθοὺς Χριστιανοὺς καὶ φίλους τοῦ κυρίου.
- 55 κἂν ἑκατὸν κατέσφαξαν ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες,  
καὶ ὅσους ἐγλυτώσασιν, ὄπισθεν τοὺς ἐδέσαν.  
κατέσφαξαν καὶ τὸν ἀνὴρ ἐκείνης τῆς γυναίκας,  
καὶ τὴν γυναῖκα ἐλάβον ἐκείνην τὴν ὥραιαν.  
Μετὰ δὲ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ ὁμοζύγου ταύτης
- 60 κλαίωμενη, ὀδυρόμενη μετὰ θλιμμένου τρόπου  
καὶ τοῖς ἀνόμοις ἔλεγεν " τὴν ταπεινὴν με ἀφεΐλας,  
τὴν ταπεινὴν καὶ θλιβερὴν καὶ τὴν πολλὰ καμμένην  
ὅτι ἐσώθην ἢ ἐλεεινὴ εἰς ἄδικον λιμένα".
- Οἱ δ' ἄθεοι Σαρακηνοὶ βλέποντες τὴν ὥραιαν,  
65 τὴν θεωρίαν καὶ τὸ ἀκέραιον φρόνημάν της,  
τὴν σύστασιν, τὸ βγενικόν, πολλὰ τὴν ἐθαμάζαν.  
Τί τὸ λοιπὸν ἐγένετο; ἐπήρασι τὴν κόρην,  
φέρνουν τὴν εἰς τὸν βασιλιά, αὐτὸν τὴν παραδίδουν.  
πλὴν τὴν χαρίζει δομενὴν, ἐξακριβῶς τὴν εἶχεν,
- 70 ἐξακριβῶς τὴν ἔβλεπεν τῆς κόρης τὴν βγενίαν·  
ὑπῆρχε γὰρ ἡ βγενικὴ ἐντὸς τοῦ βασιλείως.  
θλιμμένη ἐκαθέζετο, πάντοτ' ἐνθυμουμένη  
τὸν τοῦ ἀνδρός της θάνατον μᾶλλον καὶ τὴν σκλαβίαν.  
καὶ ἀπὸ τὴν λύπην τὴν πολλὴν καὶ τὴν στενοχωρίαν
- 75 τὸ κάλλος τοῦ προσώπου της τελείως ἠλλοιώθη,  
καὶ θεωρίαν κἂν ποσῶς οὐ φαίνετον εἰς αὐτὴν·  
τὸ ἠλιοκυκλοθώρημα, τὸ πῦρ τὸ λαμπροτάτο,  
τὸ θεοχαριτόμορφον, τὸ ἑαίρετον ὥραϊον  
ἢ θλίψις της τὸ ἔσβενεν, τελείως τ' ἀφανίζεν.
- 80 Ἐκλαιεν γὰρ πάντοτε καὶ ἐλεεινῶς ἐθρήνει,  
καὶ ὀδυρμοὶ ἐφλόγιζον τὴν ὄλην της καρδίαν.  
καὶ κλαίουσα γὰρ ἔλεγεν ὡς πρὸς τὸν βασιλέα  
καὶ πρὸς τὴν τοῦτου ὁμόζυγον, ταύτην τὴν βασιλίссαν.  
" ἀφῆτέ με τὴν ταπεινὴν, τὴν τόσα πονεμένην,
- 85 μὴ σφάξω τὴν καρδίαν μου ἀτῆ μου με κοντάρι,  
ὅτι 'ς ἐμέναν ἔτυχεν τῆς δυστυχίᾳς ὁ χρόνος.  
τῆς εἰμαρμένης τὸ δεινὸν ἐπάνω μου ἀπεσώθην,  
ὅταν ἐσφάγην ὁ βγενῆς ἀνὴρ ὁ ἐδικός μου.  
νὰ εἶχεν πέσῃ ἐξ οὐρανοῦ πῦρ καὶ νὰ πυρπολήσῃ

- 90 και κατακαύση και ἐμέν· κρείττον ἤπερ τοῦ ζῆν με.  
 μετ' αὐτον γὰρ ἐκίνησα μετὰ χαρᾶς μεγάλης  
 νὰ πᾶμεν 'ς τὸ εὐκτήριον, ναὸν τοῦ ἀποστόλου".  
 και ταῦτα ἡ βασίλισσα οὕτως ἀπηλογήθη.
- "κυρά, 'ς τὴν θλίψιν τὴν πολλὴν και τὴν ἀδημονίαν
- 95 ἔχε μικρὴν παρηγοριάν και ἀνεσιν ὀλίγην·  
 οἱ γὰρ συχνοὶ σου ὀδυρμοὶ τὸ κάλλος σου μαραίνου.
- τῶραϊον τοῦ προσώπου σου τελείως ἠλλοιώθη.
- διὰ τὴν ἀγάπην τὴν ἐμὴν παρηγοροῦ ὀλίγον.
- ἄλλον δὲ πάλι ἐρώτημαν σὲ ἔχω ἐρωτήσεις,
- 100 και 'πέ μέ το, κουρτέσια μου, 'πέ το, μή με τὸ κρύψης.  
 θωρῶ, καλὰ στοχαζομαι, βλέπω τὴν σὴν γαστέρα,  
 και ὁ ὄγκος τῆς κοιλίας σου δείχνει σ' ἐγγαστρωμένην.  
 και ἂν ἦσαι ἔγκυος, κυρά, χάρισέ με τὸ πρᾶγμα.
- κ. τ. λ.

# ADNOTATIONES AD ANONYMI POETAE

## CARMEN

### DE FLORIO ET PLATZIAFLORA.

---

**V.** 1. *καβαλλάρης*] correxi; *καβελάρης* Cod. Vind. et Ducang. p. 527 hoc uno loco citato. *καβελάρης* teste Bekkero legitur hic, item vs. 690 et 1735; reliquis locis vs. 288, 591, 612, 1790 scriptum est *καβαλάρης*, quod hodie quoque graeci frequentant, duplici plerumque *λ* *καβαλλάρης* et *καβαλλάριος* scribentes, quemadmodum origo vocis postulat. Cf. Corais 'Ατακτ. IV p. 188 seqq. Est vero εἰς *καβαλλάρης* recentiore usu idem quod *καβαλλάρης* τις vel omnino *καβαλλάρης*. Vid. adn. ad Dem. Zen. p. 43 et Schaefer. ad Longum p. 399. Casterum illud εἰς vel ἕνας in vulgari sermone adeo non necessarium est, ut non solum ejus repetitio vitetur, velut apud Anonymum de bellis Francorum p. 14 ed. Buchon:

εἰς ἀπ' αὐτοὺς εὐρέθηκε χρήσιμος *καβαλλάρης*.  
Ἄνθρωπος ἦτον εὐγενής, φρόνιμος ὑπὲρ μέτρον  
Μισὲρ Τζεφρὲ τὸν ἔλεγαν, βιλλαρδουῆν τὸ ἐπίκλην·  
καὶ μέγας πρωτοστράτορας ἦτον εἰς τὴν Τζαμπάνιαν

sed etiam fuerint qui omnino hoc usu abstinendum putarint. Ita Vincentius Cornarus in Erotocrito:

Θέλουν νὰ 'μβοῦνε 'ς ὀρδινιά', διατὶ ἄλλοι δὲν ἐλείπα,  
ὅτε 'γροικοῦν ἀπὸ μακρὰ σὰν βούκινο' κ' ἐκτύπα.

Θωροῦσι σκόνης νέφαλο' 'ς τὰ ὕψη σηκωμένο'  
καὶ καβαλλάρην μὲ πολλοὺς ἄλλους συντροφιασμένο.'  
Μαῦρο φαρί, μαῦρ' ἄρματα καὶ μαῦρο τὸ κοντάρι,  
μαῦρην ἤττονε κ' ἢ φορεσιὰ τούτου τοῦ καβαλλάρη.

Hic ne offendat vulgare imperfectum ἐκτόπα pro ἐκτόπει prae-  
cedente καὶ (κ'), de hac particula consule Coraem 'Ατακτ'. II  
p. 163 et adn. ad vs. 102.

V. 4. τρώθηκεν] ἐτρώθη. De hac verbi τιτρώσκειν signi-  
ficatione vide Alb. Jahnum ad Joh. Glycae opus de vera syn-  
taxeos ratione Prolegg. p. XXIV seqq. disputantem.

V. 5. χρυσταλλοχροία] Sic poni accentum metri ratio po-  
stulat (vide nos ad Dem. Zen. Paraphr. Bat. v. 45); Cod. χρυ-  
σταλλόχροια, ut vulgo λευκόχροια.

V. 6. ὠραιωμένη] ὠραία, καλή pulchra.

V. 6—7. ἡλικιάν] metri causa bis scripsi pro ἡλικίαν quod  
habet Cod.

V. 12. πρέσβυν] edidi pro eo quod in codice est πρέσβιν.

V. 14. παρρησιάν] emendavi; Cod. παρρησίαν.

V. 16. διὰ νὰ ᾿χη τοιαύτην χάριν] emendavi; Cod. ἀλλὰ  
τοιαύτην χάριν.

V. 17. κλαίγουν] emendavi; Cod. κλέγουν.

V. 20. ἀπάρτι] ἄρτι. — V. 23. νὰ πᾶν] νὰ πάγουν, νὰ  
ὑπάγῃσι. — V. 24. ἀντάμας] ἀντάμα. Vid. ad Dem. Zen. pag.  
85. — ποῖσεν] ἐποίησεν. Vid. ad Dem. Zen. Paraphr. v. 20;  
Cod. ἐποίησαν. Ego singularem numerum reposui verbum ad  
uxorem pertinere ratus, quae una cum marito et aliis sacram pe-  
regrinationem suscepit. — μετ' αὐτοῦ] scripsi propter sequens  
καὶ ἐτέρων etsi non ignoro aliis locis μετὰ accusativo junctum  
eadem vi a poeta usurpari. Cf. vs. 288—290 et adnot. ad Dem.  
Zen. Paraphr. vs. 16. Codex: μετ' αὐτὸν καὶ ἐτέρων.

V. 26. ἐπάντημαν] ἀπάντημα. Vid. Corais 'Ατακτ. I σελ.  
65. — ἐνάντιον metri gratia pro ἐναντίων scripsi; Codex  
ἐνάντιον.

V. 27. συνεπήνησαν] συναπήνησαν. — γιὰ] scripsi e  
conj.; vulgo γάρ male. — V. 29. μαγαρισμένος] μεμαγαρισμένος

homo impurae religionis, qui foeda Saracenorum sacra profitetur. Vide Ducangium p. 839.

V. 30. καβαλλαριῶν] scripsi; Cod. καβαλαριων. — V. 31. μετ' ἐκεῖνων] h. e. τῶν καβαλαριων; μετ' ἐκεῖνον Cod. — V. 33. ἐχάραξε ἡ ἀνατολή] quod Ducangius explicat *fulgere, oriri*, apud recentiores de oriente luce usurpatur. Neque vero χαράττω, quemadmodum Ducangius scribit, sed χαράζω ex antiquiore vocabulo formatum inferiore aetate invaluit. Cod. habet ἐχάραξεν ἡ ἀνατολή quod metro repugnat. Itaque aut deletο ν ἐφελκυστικῶ ponendum ἐχάραξε ἡ ἀνατολή aut ἐχάραξεν ἡ ἀνατολή, sed alterum praestat. Simile vitium est in versibus Anonymi MS de amoribus Lybistri et Rhodamnes apud Ducangium:

τῆς νύκτας ὅλης ὁ καιρὸς ἐδιέβηκεν ἐκεῖνος,  
ἐχάραξεν ἡ ἀνατολή; καὶ ἀνέτειλεν ἡ ἡμέρα.

Legē: ἐχάραξε ἡ ἀνατολή καὶ ἀνέτειλεν ἡ ἡμέρα.

Contra Auctor Threni de capta a Turcis Constantinopoli ap. Ducang. p. 1380:

ἐξ ἀνατολῶν ἐπήδησεν καὶ κάτζειν (i. e. ἐκάθισεν) εἰς τὴν δύσιν·  
εἰς τὸ σκαμνὴν τῶν Χριστιανῶν τὸ κεφαλοδοτήκη.

Corrige:

ἐξ ἀνατολῶν ἐπήδησεν καὶ κάτζειν εἰς τὴν δύσιν·

εἰς τὸ σκαμνὴν τῶν Χριστιανῶν τῶν κεφαλάδων ἦκει.

ἐσύμωσεν ἡ μέρα] appetebat dies. De origine verbi vide quae dixi ad Dem. Z. Paraphr. vs. 240. Codex exhibet male ἐσύμωσεν ἡμέρα, in quo praeterquam quod verbum rectius scribi convenit simul articulus deest. Quamobrem aut ἡ ἡμέρα flagitatur aut se junctim ἡ μέρα, siquidem in citeriore Graecitate *dies* etiam *μέρα* vocatur.

V. 34. ἔλαμψε καὶ ἐμόρφωσεν] emendavi; Cod. ἔλαμψεν ἐμόρφωσεν. Est autem ἐμόρφωσεν hoc loco idem quod ἐμορφώθη. Nam plurima verba apud recentiores Graecos sic mutarunt significatum, ut quum eorum media et passiva usurpari desita essent aut minus saepe quam olim audirentur ac scriberentur, activa passivo significato invalescerent. Neque tamen omnium verborum una eademque ratio est. Etenim medii vis partim passivo partim activo concessa est. Quaecunque autem

verba activum adjuncta passiva significatione habent, in iis plerumque duplex sensus pro sententiae natura reperitur. Qua de re sic recte Julius David. Παρ. τῆς ἑλλ. καὶ γρ. γλωσσ. σελ. 88. Ὁ πολλαπλασιασμός τῶν οὐδετέρων ῥημάτων, ἢ διὰ τὸ εἰπωμεν ἀκριβέστερα, ἢ συνήθεια τὸ λαμβάνεται τὸ ἐνεργητικὸν εἰς παθητικὴν σημασίαν, ἐπικρατήσασα ἐπὶ πολλῶν ῥημάτων, ὡλιγόστευσε πολὺ τὴν χρῆσιν τοῦ παθητικοῦ. Εἰς ταῦτα τὰ ῥήματα ἄλλο δὲν σώζεται ἀπὸ ὅλους τοὺς παθητικούς χρόνους παρὰ τὴ μετοχὴ τοῦ παρακειμένου. Τὸ σπῶ, ἀορ. ἔσπασα, λέγεται ἐπὶ ἐνεργείας καὶ πάθους, τὸ δὲ σπασμένος δὲν ἐπαμφοτερίζει πλέον, ἀλλὰ λέγεται ἐπὶ πάθους μόνον. Τὸ αὐτὸ ἔπαθαν καὶ μυρία ἄλλα. Adde Corais disputationem ad Ptochoprodr. p. 125—131. Caeterum nulla in re a reliquorum Graecorum loquendi consuetudine longius recesserunt plusque sibi indulserunt singuli scriptores, quam in his verborum generibus. In carmine εἰς τὸ ἄγιον πάσχα, quod ex Hirmologio depromptum supra posui, legitur vs. 30 βασιλικῶς βρυχήσας ὡς ἐξ Ἰοῦδα λέων, quamvis Graeci eo sensu βρυχθῆεις dicere soleant. Sed multa hujusmodi exempla ἀκροστιχίδες et carmina ecclesiastica praebent. Symeon Logotheta apud Leonem Allatium de Symeonum scriptis p. 133 vs. 8 ἀπὸ ψυχῶν κενώσατε, πολλῶν θρήνων ἀξίαι i. e. discedite ex animis honores lacrimabiles. Verba ejus sunt:

Ἀπὸ βλεφάρων δάκρυα, ἀπὸ καρδίας πόνους,  
 Ἀπὸ ψυχῆς μετάνοιαν προσφέρω σοι τῷ κτίστῃ.  
 Βέλη μοι νῦν γεγόνασιν αἱ φιλήδονοι πράξεις·  
 ἤδοναι μετεστράφησαν εἰς χαλεπὰς δόυνας.  
 Γένος βροτῶν εὐόλιστον οἶδα πρὸς ἁμαρτίαν·  
 ἀλλ' ἐγὼ, φεῦ, παρέδραμον καὶ τὴν ἄλογον φύσιν.  
 Δεῦτε ψυχὰι φιλόθρωποι, δεῦτε δακρύων ὄμβρος,  
 ἀπὸ ψυχῶν κενώσατε πολλῶν θρήνων ἀξίαι.  
 Ἐρῶ τι καὶ θρασύτερον, εἰ νικᾷ σοι χρηστότης,  
 Χριστέ, κακίαν ἄμετρον, ἐπ' ἐμοὶ νῦν φανήτω.

Reliqua omittam; sed illud κενώσατε qui sic usurparit, ut vi intransitiva poneretur praeter Symeonem neminem scio auctorem. Siquidem ab hoc longe diversus est Euripidis usus Bacch. 730:

κάθ' ἑπελήδησ', ὡς ξυναρπάσαι θέλων,  
 λόχμην κενώσας, ἔνθ' ἐκρυπτόμην δέμας.

ubi λόχμην κενώσας valet quidem *fruticetum relinquens*, sed nativae vocis potestati convenienter dicitur.

Idem Symeon in altero carmine *ibid.* p. 134 vs. 22 χρῆσον ἀγάπην καθαρὰν πρὸς τὸν θεὸν καὶ πίστιν. Apparet hic χρῆσον ἀγάπην eo sensu poni, quo χρῆσαι ἀγάπη a bonis scriptoribus adhibetur. Quod ne cui dubium videatur e praecedentibus et sequentibus quaedam afferam. Initio carminis poeta ait:

Ἀναλογίζου ταπεινὴ ψυχὴ μου παναθλία  
 βῆμα τὸ φρικωδέστατον κρίσεως τῆς μεγάλης.  
 Γυμνὴ γὰρ μέλλεις ἴστασθαι καὶ τετραχλισμένη  
 διδόναι λόγον ὑπὲρ ὧν ἐπράξαμεν ἐν βίῳ,  
 εἴτ' ἀγαθῶν, εἴτε κακῶν, ἀδίκων ἢ δικαίων.

Ita servato litterarum ordine (est enim ἀκροστιχίς κατ' ἀλφάβητον) pergīt poeta usque ad poematī finem, ubi legitur:

Χρῆσον ἀγάπην καθαρὰν πρὸς τὸν θεὸν καὶ πίστιν,  
 Ψυχὴ, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτὴν ἀγάπα.  
 Ὡς ἂν ἀξιοθελήμεν τῆς ἄνω βασιλείας.

Possem similia ex aliis scriptoribus adicere, sed longiorem de his rebus disputationem in aliud tempus differo.

V. 35. ἔστησαν] emendavi; Codex ἔστησεν. — κλεισούρας] claustra montium, aditus angustus. Vid. Ducang. p. 662.

V. 36. ἐκεῖ ὄρασιν] i. e. ἐκεῖ εἶδον.

V. 38. προσκυνήσου] προσκυνήσωσι.

V. 41. ὑπεσχέθην] ὑπεσχέθη, ὑπέσχετο. Vid. ad vs. 88.

V. 45. τοῖς ἀλλοφύλοις ἤρξατο κελεύειν καὶ προστάσει] emendavi; Codex κελεύειν καὶ προστάση. Est autem ἤρξατο κελεύειν καὶ προστάσει antiquius dicendi genus, cuius loco recentiores dicere solent ἤρχισε νὰ προστάζη.

V. 46. καβαλαρίου] scripsi; καβαλαρίου Codex.

V. 48. ὄδετε i. e. ἴδετε Codex; sed metrum requirit ὀδέτε, quod reposui.

V. 49. καὶ ἂν] scripsi; καὶ ἂν Codex. — ἦναι ἀπὸ] pronuntiandum ἦν ἀπὸ vel ἦν' ἀπὸ, quum utrumque per linguae metricae leges liceat.



V. 50. *κι ἐπώδονον*] scripsi; και ἐπώδονον Codex. — πᾶν αὐτους ποίσετέ το] emendavi; Codex ἄς αὐτους ποίσετέ το. Sed ἄς, de qua particula commentatus sum ad Dem. Zen. vs. 216, etsi non modo imperantis et adhortantis sed etiam optantis, cupientis et concedentis est, tamen non adjicitur nisi primis tertiiisque personis, nunquam secundis excepto verbo substantivo. Itaque recte quidem dicas ἄς γράψῃ, ἄς γράψωμεν, ἄς γράψουν, non item ἄς γράψε (γράψον) et ἄς γράψετε (γράψατε), quod simpliciter γράψε et γράψετε dici convenit. Unum excipitur verbum substantivum. Nam aequè bene dicitur εἰσοῦ πιστός, εἶσθε πιστοί et ἄς ἦσαι πιστός, ἄς ἦσθε πιστοί. Vid. Coraëm ad Ptochoprod. p. 99. Hinc manifestum est ἄς in libro Vindobonensi esse corruptum.

